

# LATINITAS

SERIES NOVA

PONTIFICIA ACADEMIA LATINITATIS PROVEHENTE

seriem nouam edendam curat

MARIVS DE NONNO

adiuuantibus PAVLO D'ALESSANDRO et IVANO DIONIGI

DOCTORVM COLLEGIVM

IVANVS DIONIGI - MIRELLA FERRARI

GVILELMVS KLINGSHIRN - MARIANNA PADE - SERGIVS PAGANO

THEODORICVS SACRÉ - MANLIVS SODI - MICHAEL WINTERBOTTOM

CORRECTORVM COLLEGIVM

Franciscus Berardi - Franciscus M. Cardarelli - Paulus d'Alessandro

Nicus De Mico - Valerius Sanzotta

Omnia in opuscula censorum duorum iudicium permittitur

# LATINITAS

SERIES NOVA

XI · MMXXIII  
VOLVMEN ALTERVM

PA  
L

PONTIFICIA ACADEMIA LATINITATIS  
IN CIVITATE VATICANA MMXXIII

ISSN 2310-161X

Iura omnia vindicantur · *All rights reserved*

© Pontificia Academia Latinitatis

Palazzo San Calisto, piazza San Calisto, 16

SCV - 00120 - CIVITAS VATICANA (segreteria@latinitas.va)

[www.pontificiaacademialatinitatis.org](http://www.pontificiaacademialatinitatis.org)

Hoc volumen ordinaverunt atque impresserunt typographeii qui nominantur

Grafica Elettronica Srl, via Bernardo Cavallino, 35/G - 80128 Napoli

## IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

### HISTORICA ET PHILOLOGA

George Bogdan Cristea, <i>Maria et litora in M. Tulli Ciceronis scriptis: A locorum amoenitate ad sollicitudinem periculi atque imperi defensionem</i>	9
Alberto Crotto, <i>Nuovi acrotelestici in Catullo (2, 3 sg. e 6 sg.; 101, 2-4) e Orazio (carm. III 27, 40-43)</i>	35
Bruna Pieri, <i>Uno schema Cinnianum? Note a VALG. carm. fr. 2 Blänsdorf e CINNA carm. fr. 1 Blänsdorf</i>	53
Giovanna Todaro, <i>Nota di lettura a LVCAN. IV 157-162</i>	73
Anna Aleksandra Głusiuk - Manlio Sodi, <i>'Mulier' nel 'Sacramentario gregoriano': Immagini muliebri nell'orizzonte culturale del sec. VIII</i>	79
Gianluca Furnari, <i>Nova addenda critica ad Ioannis Aurelii Augurelli 'Chrysopoeian'</i>	95

### HVMANIORA

Maurus Pisini, <i>Sueti autumnni languores</i>	123
--	-----

### ARS DOCENDI

Michel Willy Libambu, <i>Fidelitas tamquam firmamentum amicitiae: Thema Ciceronianum</i>	129
--	-----

### APPENDIX

<i>Argumenta</i>	139
<i>Index universus</i>	143



HISTORICA ET PHILOLOGA





MARIA ET LITORA IN M. TVLLI CICERONIS SCRIPTIS :  
A LOCORVM AMOENITATE AD SOLLICITVDINEM PERICVLI  
ATQVE IMPERI DEFENSIONEM

GEORGE BOGDAN CRISTEA

I. PROOEMIUM

Rarissime Ciceronem mare excitat. Praeter unum locum qui in secundo libro *De natura deorum* inuenitur, ubi maris pulchritudo expressis uerbis laudatur, nusquam alibi Ciceronem freta commouere uidentur. Ecce locus ubi Cicero se mari litoribusque permoueri declarat : « At uero quanta maris est pulchritudo ! quae species uniuersi ! quae multitudo et uarietas insularum ! quae amoenitates orarum ac litorum ! quot genera quamque disparia partim submersarum, partim fluitantium et innantium beluarum, partim ad saxa natiuis testis inhaerentium ! Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus alludit ut una ex duabus naturis conflata uideatur » (*nat. deor.* II 100). Obluisci dedecet Ciceronem hic, Q. Lucilio Balbo, antistite Stoicorum doctrinae, loquente, doctrinam Stoicorum exponere, qua de causa mare perfecto, id est diuina prouidentia constituto, ordine mundi comprehenditur<sup>1</sup>. Secundum eorum argumentum, deorum opera in rationali consilio insunt propterea quod, cum dei sensibus percipi non possint, ei omnino esse ex ordinatis et beneficis orbis terrarum legibus inferuntur<sup>2</sup>. Idcirco, Stoica ratione recte expensa, facilius explicari potest cur Ciceroni, nihil peculiare erga mare sentire solenti, conspectus maris tam feruidas exclamations talisque motus animi conciuisse uideatur. Praeterea translata uerba locum quem supra citauimus finientia (« Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus alludit ») sensum admirationis augent quia Cicero de mari quasi de familiari insignique amico sui generis prosopopoeia loquitur.

Sed tamen doctus uir non solum naturam admiratus, uerum etiam eius subtilissimam cognitionem consecutus est itaque copiose et confidenter de maris naturalibus proprietatibus disserere potuit. Talis est inter lunae ortum obitumque et aestus maris coniunctio, quam bis in libris suis *De natura deorum* tractat<sup>3</sup>. Primum hoc exemplum inter alia praebet quo rerum cognationem

<sup>1</sup> Apud Stoicos dei prouidentia naturaliter praediti esse putantur (*Cic. nat. deor.* II 73-75) quia ingenium uniuersi per diuinam mentem ac potestatem regendi habent (*Cic. nat. deor.* II 76-97) et admirationem propter eorum creationis miracula excitant (*Cic. nat. deor.* II 98-153). Vide etiam PAGNOTTA 2019, pp. 100 sq.

<sup>2</sup> Vide etiam ALGRA 2003, p. 161.

<sup>3</sup> Cf. CAES. *Gal.* IV 29, 1 ; LVCAN. X 216-218 ; SEN. *dial.* I 1, 4 ; PLIN. *nat.* II 212-221. Vide etiam PEASE 1923, p. 409.

sine diuino et continuato spiritu contineri non posse, id quod Stoici arguunt, comprobet (*nat. deor.* II 19)<sup>4</sup>. Deinde eodem exemplo de integro utitur, sed voce C. Aureli Cottae, qui Academiae doctrinam praeferebat, talem cognationem esse deos comprobare negat: «Quid? aestus maritimi uel Hispanienses uel Britannici eorumque certis temporibus uel accessus uel recessus sine deo fieri non possunt?» (*nat. deor.* III 24). Rhetoricae interrogationes reprehensionem doctrinae Stoicae patefaciunt cum Cotta coniunctionem inter naturam certis temporibus mutandam et actionem diuinam non uideat, sed contra ut tales res potius ratione explicentur quam diuinitate postulet. Utrum Cicero ipse Stoicorum doctrinam reiecerit et cum Cotta consenserit necne dicere non possumus, sed, cum ab initio libri primi se Academicos propter eorum de summis quaestionibus prudentissimam dubitationem aliis philosophis de natura deorum tractantibus antepone professus sit (*nat. deor.* I 10-14), fieri potest ut maris proprietates rationali potius explicatione quam diuino numine reddendas esse putarit.

Eandem thesin Cicero defendit cum mare a sapienti uiro sensibus tantum nitente describi posse negat: «Mare illud quod nunc fauonio nascente purpureum uidetur, idem huic nostro uidebitur, nec tamen adsentietur, quia nobismet ipsis modo caeruleum uidebatur, mane rauum, quodque nunc qua a sole conlucet albescit et uibrat dissimileque est proximo et continenti, ut etiamsi possis rationem reddere cur id eueniat, tamen non possis id uerum esse quod uidebatur oculis defendere» (*ac.* II 105). Haec descriptio profecto est eruditi hominis qui saepe et attente fretum obseruauit et fortasse etiam id admirari solebat: notanda quidem est uarietas fluctuum colorum qui, mutata tempestate («fauonio nascente», «a sole conlucet») aut diei tempore («modo», «mane», «nunc»), ipsi quoque mutantur («purpureum», «caeruleum», «rauum», «albescit»). Cum talis obseruationes minimi non aestimet, Cicero tamen sensibus nimium pondus tribuendum esse negat quia id quod oculis percipitur fons uerae scientiae uix putari possit. Ergo, cum sensus propter inconstantiam mutabilitatemque mentis quemquam decipere possint (cf. ARISTOT. 418a, 7-25 [*de an.* II 6]), apud Ciceronem uiros sapientis eis omnino diffidere ac tutiorem dubitationem in pelago describendo praeferre prudentius est<sup>5</sup>.

Mare autem saepissime uariis formis in Ciceronis orationibus, epistulis et libris philosophis apparet. Magni interest mare in eius scriptis semper fere aut

<sup>4</sup> Cf. Cic. *div.* II 34.

<sup>5</sup> Contra ac Cicero de uerae atque integrae cognitionis fonte putat, Epicurei maximi ponderis esse sensus atque sine eis scientiam esse non posse arbitrantur. Apud Epicurum quisquam sensus solidus est quia rem indicat deque ea re, etsi non totam, at tamen quandam ueritatem significat. Cf. EPIC. apud DIOG. LAERT. X 49 sq. (*ad Herodot.*) et 146 sq. (*ratae sent.* 21-24); Cic. *fin.* I 64; *nat. deor.* I 70; LVCR. IV 462-521; TERT. *anim.* 17, 4 sq.; DIOG. LAERT. X 31 sq.; AVG. *c. acad.* III 11, 26; uide etiam ASMIS 2009, pp. 84-104; O'KEEFE 2010, pp. 97-101, et CORNEA 2021, pp. 86-94.

circumiectus aut res quae naturam cum hominibus coniungunt attingere. Itaque necesse est aequora apud Ciceronem, praeter quod sibi natura proprium est, rationibus ciuilibus admisceantur et imagines maris et litoris ad Romanorum mores atque rem publicam fingantur. Est igitur propositum dissertationis nostrae primum locos ubi Cicero de mari litoribusque loquitur reperire ac perscrutari, deinde quatenus iudicium eius Romano cultu atque moribus maiorum commotum sit examinare. Maximae quidem est grauitatis intellegere quem ad modum quaque de causa Cicero imagines maris et litoris cum imperio non solum conseruando, uerum etiam ornando atque amplificando coniunxerit<sup>6</sup>.

## II. LOCVS AMOENVS

Ex omnibus Ciceronianis locis qui marium litorumque mentionem faciunt primum genus est eorum ubi illa quasi fontes tranquillitatis uoluptatisque tractantur. Hi loci in quattuor species diuidi possunt: aut ei qui amoena litora describunt, aut ei ubi otium in licentiam conuerti dicitur, aut ei qui de otiosis nauigationibus loquuntur, aut denique ei qui alias otiosas, quae in litoribus fiunt, actiones narrant.

II 1. *Otiosa loca*. Necesse erat Cicero, unus optimatum, qui pecunia non egebat cuique luxuriosi fundi non deerant, talis villas ad otium comparandum prope mare exstructas haberet<sup>7</sup>. Ipse iucundam in qua Asturica uilla locabatur solitudinem extollit et, cum ad Atticum amicum suum scribit, etiam circumueniente sito maritimo commoueri uidetur: «Cetera noli putare amabiliora fieri posse uilla, litore, prospectu maris, tum his rebus omnibus» (*Att.* XII 9). Haec tamen opinio falsa est quia sequenti sententia Cicero speciosam animi mollitiem statim dimittit, cum regionis formam conspiciendam non esse putet et se naturae necessitate obrui declaret: «Sed neque haec digna longioribus litteris nec erat quid scriberem, et somnus urgebat» (*Att.* XII 9).

<sup>6</sup> Profecto nobis addendum est nuper PAGNOTTA 2019 quoque de maris imaginibus in Ciceronis operibus disputasse. Plerique tamen locorum quos doctus uir tractat cum nostris non congruunt cum translata uerba ad mare referentia praecipue eius animum praeoccupent eorumque significatio ad rem publicam coniuncta magni aestimetur. Sed, sicut uidebimus, hi loci paruum tantum dissertationis nostrae partem efficiunt quandoquidem nostra maioris interest quomodo maria et litora ad Romanorum cultum atque humanitatem, Cicerone uiuo, relata sint et quatenus ad eorum uitam cottidianam pertinuerint. Praeterea de litoribus Pagnotta non loquitur nec umquam Ciceronis epistularum, quas maximae grauitatis ad eius maritimum experimentum comprehendendum esse putamus, mentionem facit.

<sup>7</sup> Vide BEARD 2015, pp. 318 sq., quae Ciceronis domus, uillas, fundos et praedia enumerat eaque omnino sestertium terdecies et decies aestimat. Doctissima autem mulier alios, cum multis ciuibus Romanis Cicero locupletissimus uideri posset, hoc longe ditiores Romae fuisse notat.

Constat igitur Ciceronem, maris litorumque pulchritudinem admirantem, ea tamen satis grauiam deque eis nimium scribendum esse non arbitrari.

Alia occasione, anno 49 a. Chr. n., bello ciuili coepto, Cicero ad Atticum scripsit ut ei mulieres, inter quas soror eius erat quaeque Romae manserant, ad sua praedia maritima mittendas esse persuaderet, praesertim cum aliae eiusdem dignitatis iam Roma profectae essent. Praeterea Attico ea praedia digna illarum fastigio esse promisit (*Att.* VII 14, 3), id quod Ciceronis priuatam opulentiam indicare potest.

Cicero tamen aliis nonnumquam propter amoenitatem uillarum inuidet, sed haec inuidia non est praua. Litteras quidem scribit ad M. Marium, qui ad ludos Pompeiano theatro aperiendo dedicatos non uenerat, et illi gratulatur quia se ineptiis scaenicis leuarat et eis Stabianae uillae otium solitudinemque anteposuerat: «quo quidem tibi perfrui mirifice licuit cum esses in ista amoenitate paene solus relictus» (*fam.* VII 1, 1). Manifestum est Ciceronem dolere, cum amicus suus dies in iucundioribus rebus prope mare degeret, se nugis tempus perdidisse. Praeterea Marius ipse mare ita deligebat ut in cubiculo suo murum cauo aperuisset quo sibi melior sinus Stabiani prospectus esset: «Neque tamen dubito quin tu in illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti et patefecisti sinum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris» (*fam.* VII 1, 1). Hic locus quem ad modum optimates et pecuniam et operam in luxuriam atque maritimam uoluptatem fine rei publicae impendant confirmat; dandum quidem est nobis imaginem quam Cicero quasi pictam ob oculos ponit etiam aetate nostra maximae luxuriei signum esse posse.

II 2. *Loca libidinis ac licentiae.* Desiderium otii aliquando cum honestate pugnat si nobis C. Verrem, praetorem Siciliae, se licentiae et stupro, ut Cicero arguit, in litoribus prouinciae suae dedisse credendum est. In quinta oratione, quam fictam in Verrem scripsit, orator eum amoenis maritimis locis ut libidinibus satisfaceret usum esse contendit. Sic Verrem officia praetoris fugisse et eis stupra praetulisse comperimus: «non modo id refugisti, sed eo ipso tempore, cum esses in litore, Tertia illa tua, quam tu tecum deportaras, erat in omnium conspectu» (*Verr.* II 5, 40). Verri quidem tres Siculae mulieres, quibus nomina essent Pipa, Nice et Tertia<sup>8</sup>, stupro cohaesisse, sed ex his Tertia, cui Herbitae hordei decumae curae essent, maximam inter praetoris scorta auctoritatem habuisse (*Verr.* II 3, 78) et cum eo priuata atque libidinosa itinera fecisse (*Verr.* II 5, 31) traditur. Praeterea hae omnes mulieres Herbitarum pecuniarias res in Verri cubiculo et etiam lecto transegisse feruntur (*Verr.* II 3, 79). Ciceronis asseuerationes probare difficile est maxime-

<sup>8</sup> Vide PEPPE 2016, pp. 86-88, et KEITH 2021, pp. 83-87, qui harum trium mulierum in Ciceronis contra Verrem orationibus praesentiam pertractant.

que fieri potuit ut illarum mulierum moribus — etiam nomen Tertiae nobis suspiciones incit — illisset quibus iudicibus et lectoribus Verrem ingenio malo prauoque praetorem fuisse et prouinciam suam sub alienigenarum meretricium auctoritate administrasse demonstraret<sup>9</sup>.

Quatenus Verres per luxuriam in litoribus pecuniam effundere atque consumere paratus fuerit ab eodem Cicerone cognoscere uidemur: «tabernacula, quem ad modum consuere temporibus aestiuus ... carbaseis intenta uelis collocari iussit in litore, quod est litus in Insula Syracusis post Arethusae fontem propter ipsum introitum atque ostium portus, amoeno sane et ab arbitris remoto loco. Hic dies aestiuos praetor populi Romani, custos defensorque prouinciae, sic uixit ut muliebria cotidie conuiuia essent, uir accumberet nemo praeter ipsum et praetextatum filium» (*Verr.* II 5, 80 sq.). Sed Verres se aliis quoque modis in litore dedecorasse narratur, praesertim cum et Siculis et Romanis turpem spectaculum sui obtulisset: «Stetit soleatus praetor populi Romani cum pallio purpureo tunicaque talari muliercula nixus in litore; iam hoc istum uestitu Siculi ciuesque Romani permulti saepe uiderant» (*Verr.* II 5, 86)<sup>10</sup>. Nobis tamen dictitandum est difficile esse decreto utrum talibus locis credendum sit necne cum in orationibus suis Cicero personam rhetoricam fingat qua iudicum, auditorum lectorumque mentem flectat itaque fieri possit ut nimis amplificationibus utatur<sup>11</sup> et aduersarium uerbis adoriatur quae, etsi falsa omnino non sunt, tamen diligentissime rem reddant non est necesse.

II 3. *Otiosae navigationes*. Praeter id, quod splendida litora creat et homines ad luxuriosas uillas in oris maritimis exstruendas aut ad licentiam exercendam inuitat, mare occasionem ad uoluptates adipiscendas nauigandi offert. Cum Cicero inter uaria maritima loca otiose peregrinari cupit, aptissimum sibi est nauigare: ita facit cum, ab hortis Cluvianis profectus, in phaselum episcopum conscendit et se ad nauigandum in Pompeianum, paucis post diebus in Puteolanos et Pompeianos fundos parat (*Att.* XIV 16, 1)<sup>12</sup>. His locis iam in mentem uenientibus, Cicero proficiscens uix abstinere potest quin admirationem exprimat, sed ea propter summam hominum frequentiam repente minuitur: «O loca ceteroqui ualde expetenda, interpellantium autem multitudine paene fugienda!» (*Att.* XIV 16, 1). Intellegimus igitur haec celeberrima

<sup>9</sup> Vide HILLARD 1989, pp. 166-168, qui rhetoricam artem aduersari ludificandi per suspiciones de stupri consuetudine subtiliter enodat. Doctus uir magistratum qui res publicas sub auctoritate mulierum uel etiam, id quod grauius esset, meretricium gessisset se crudelissimae in iudicio inquisitioni exposuisse arguit.

<sup>10</sup> Cf. *Verr.* II 5, 87; 131; 137.

<sup>11</sup> Cf. QVINT. *inst.* IV 2, 123 sq., qui de stupri consuetudine tamquam de communi oratori conuici loco loquitur. Vide etiam ACHARD 1981, pp. 254-256, et RICHLIN 1992, p. 97.

<sup>12</sup> Cf. *Att.* XIV 20, 1; XVI 3, 6, ubi similes nauigationes inueniuntur.

loca illecebris uoluptatis extremis rei publicae temporibus plurimos optimatum et diuitum traxisse et Ciceroni ex otiosis iam odiosa facta esse.

Alio loco ad Tironem libertum et amicum scribit eique singula persequens otiosam nauigationem narrat. Itaque Ciceronem e Cilicia regredientem cum fratre filioque a Corcyra soluisse et mari Ionico in Italiam nauigasse comperimus. Nauigatio nocte facta esse et postero die nauigatores ad Hydruntem ludibundi peruenisse dicuntur, unde, lenissimo uento auxiliante, postridie Brundisium profecti sint. Ubi Brundisium intrarunt, Terentiae, Ciceronis uxori, eodem tempore aduenienti obuiam ierunt (*fam.* XVI 9, 2), id quod totam domum prope mare ferias agere optasse significat.

II 4. *Aliae otiosae actiones.* Sed quomodo optimates tempus in uillis orisue maritimis agebant? In Ciceronis secundo libro *De oratore* L. Licinius Crassus narrat se ex socero suo, Q. Mucio Scaeuola Augure, audisse socerum illius, C. Laelium Sapientem, saepe cum P. Cornelio Scipione Nasica Serapione repue-rascere esse solitum eosque cum Caietam aut Laurentum irent conchas et umbilicos animi remittendi causa legere consuuisse<sup>13</sup> (*de orat.* II 22).

Cicero ipse se, cum in senatu P. Clodium Pulchrum anno 61 a. Chr. n. criminatione incesti<sup>14</sup> adortus esset, ab eo publica altercatione accusatum esse confitetur quod rusticus Arpinas Baias isset, quae prope Neapolin sitae et propter fontis suas prospectumque maris clarissimae essent, et ibi in aquis calidis natasset (*Att.* I 16, 10; cf. *or. frag.* A 14 [*Clod.*], 20)<sup>15</sup>. Cum Cicero Clodio reprehendendo operam daret, eius tamen uituperatio talia loca luxuriosissima esse atque uulgi hominumque nouorum otio minime idonea uideri significare poterat.

Duobus post annis Ciceronem Anti inuenimus, unde Attico litteras mittet, quibus se amico ita otium complexum esse ut ab eo diuelli nollet nuntiabit. Non solum libris legendis sed etiam fluctibus numerandis se delectari confitebitur; addet quidem se lacertas captare cupiturum fuisse, sed propter recentis tempestates eas facile reperiri non potuisse (*Att.* II 6, 1).

Caesar quoque uillas maritimas amasse uidetur. Dictator olim fine anni 45

<sup>13</sup> Cf. *Att.* XIV 13, 1, ubi Cicero se dicere uix posse utrum tumulorum prospectus an ambulatio praeter oras maritimas sibi gratior sit confitetur.

<sup>14</sup> Fine anni 62 a. Chr. n. Clodius, patricius nobilissima gente natus, Caesaris domum correperat, ubi arcana sacra Bonae Deae, quae nefas erat ullum uirum uidere, faciebantur (*PLVT. vit.* 874e-f [*Cic.* 28, 2-4]; *DIO. CASS.* XXXVII 45, 1). Postea incesti accusatus (*Cic. Att.* I 14, 1 sq.; *DIO. CASS.* XXXVII 46, 1 sq.) et, Cicerone in eum testato (*Cic. Att.* I 16, 4) — *ALEXANDER* 1990, pp. 116 sq., singula iudici persequitur —, absolutus tamen est (*Cic. Att.* I 16, 5; *PLVT. vit.* 875c-e [*Cic.* 29, 6-9]). Vide etiam *TATUM* 1999, pp. 62-86, qui totam rem satis superque tractat.

<sup>15</sup> Maxime fieri potuit ut Clodius Ciceroni Baias obiceret quia Baiae opprobrio propter luxuriam, libidinem licentiamque iam habebantur. Cf. *Cic. Cael.* 27; 35; 38; 47; 49; *fam.* IX 2, 5; *PROP.* I 11, 27-30; *SEN. epist.* 51, 1; 3; 11; uide etiam *D'ARMS* 2003, pp. 52 sq.; *DYCK* 2013, p. 103, et *MALISSARD* 2012, p. 259.

a. Chr. n. apud Ciceronem Puteolis commoratus est, id quod oratorem propter inflictas molestias minime delectavit (*Att.* XIII 52, 1). Itaque Caesarem cum militibus, libertis seruisque suis Puteolos aduenisse, officiis breuiter perfunctum esse, deinde in litore ambulasse, in balneum isse, unctum tandem esse et accubuisse comperimus<sup>16</sup>.

### III. LOCVS INFESTVS<sup>17</sup>

Loci tamen de quibus supra disputauius rari sunt cum mare plerumque non amoena, sed potius infesta regio et plena periculorum malorumque improuisorum esse uideatur. Secundum genus locorum tractandorum sunt ei qui mare pro causa periculorum habent; fieri uero potest ut talia discrimina aut mari, quod natura est uiolentum, aut institutis uitae, quae, pelago cum gentibus, quarum consuetudines ac cultus moribus maiorum Romanorum aduersantur, congressui fauente, facillime mutari possunt, aut uariis nefandis rebus, quas necesse est in mari fieri, coniuncta sint.

III 1. *Loca periculorum plena*, a) *Periculosa maria*. Mare Internum uarium et semper mutabile aestate fuisse difficile non est dictu, praesertim cum Cicero id expressis uerbis confirmet: «Negotium magnum est nauigare atque id mense Quintili. ... Iam nosti aphracta Rhodiorum: nihil quod minus fluctum ferre possit» (*Att.* V 12, 1). Tyrrhenum mare hieme placidius non fuisse ab ipso Cicerone cognoscimus («Infero mari nobis incerto cursu hieme maxima nauigandum est»: *Att.* VIII 3, 5) idemque de Hadriatico dici potest quod Cicero, qui cum fratre filioque a Corcyra Brundisium nauigabat, diu propter uentos ac tempestates ne maiore cum celeritate in Italiam perueniret impeditus est et multi, qui cupide profecti erant, in naufragio perierunt (*fam.* XVI 9, 1). Propterea, cum Brundisium demum peruenisset, Cicero ad Tironem scripsit ut eum moneret ne mari proficisceretur et, si tamen profecturus esset, ne solus, sed cum cautiore socio, nauigaret. Erat quidem manifesta causa cur Tironi nauigandum non esset: «mare magnum et difficile tibi restat» (*fam.* XVI 9, 4).

Mare autem non solum propter procellas periculo uel cuidam impedimento hominibus est, sed etiam quod hi eius naturalis proprietates uincere

<sup>16</sup> Vide BEARD 2015, pp. 301 sq., quae hanc Ciceronis epistolam Caesarem requiescentem ita expingere, ut propemodum eum oculis cernere uideamur, recte notat.

<sup>17</sup> Vide etiam MAURO 2021, pp. 69 sq., quae de uariis uocabulis loci amoeni contrarium Latinis litteris designantibus disputat. 'Locus' tamen 'inamoenus' admodum uaga locutio est neque fontes qui a nobis tractabuntur singulares comprehendit. Praeterea neque 'locus horridus' neque 'locus inhospitalis', quas locutiones Mauro tamquam 'loci inamoeni' genera proponit, periculum cui Ciceronis mare saepe coniunctum est satis bene reddit. Idcirco 'loco infesto' uti maluimus, praesertim cum 'infestus' inprimis periculum notet.

maxime conantur. Ita Caesar, postquam Rubiconem transierat et, in Italiam progressus, Pompeium Brundisium persecutus erat, ad Q. Pedium se portui obstruendo operam dare, sed negotium quod sibi legionibusque imposuisset non esse facile scripsit: « Conamur opus magnum et multorum dierum propter altitudinem maris. Sed tamen nihil est quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu molis iacimus, ut aut illum quam primum traicere quod habet Brundisi copiarum cogamus aut exitum prohibeamus » (*Att.* IX 14, 1). Ex his litteris a Cicerone prehensis Caesarem maris periculum non ignorare, sed ad hostem uincendum militiae arte ac peritia niti intellegimus. Impaudus sed haud incautus dux esse uidetur quia, cum maris superandi causa omni ope enitatur, hoc tamen se e prudenti consilio facere et, natura sibi obstante, spem non perdere, sed impedimento remouendo operari dicit.

— *Prodigia mari coniuncta.* Nonnumquam mare non propter uera, sed e mera coniectura pendentia metuitur pericula. Talia sunt prodigia quae homines mari coniungere solent quaeque a se procurationibus obsecrationibusque remouere conantur<sup>18</sup>. In oratione quam Cicero, cum ab exsilio reuenisset, in senatu de responsis haruspicum, quorum opiniones de aliquibus prodigiis requisitae erant, habuit inusitati motus ac sonus maris tamquam omina fati accipiuntur (*har. resp.* 63). Quodlibet prodigium signum est perturbatae inter homines ac deos affinitatis et, si ad rem publicam attinere a uariis factionibus putatur, non est mirabile<sup>19</sup>. Paucis post annis, cum libros *De diuinatione* scriberet, similis maritimi mentionem faciet prodigi (« fluminaque in contrarias partis fluxerint atque in amnis mare influxerit »: *div.* I 78<sup>20</sup>), quod a C. Flaminio consule diuina signa neglegente bello Punico secundo effectum esse fertur (*div.* I 77)<sup>21</sup>.

— *Fons figurarum elocutionis.* Tam infestum mare Romanis uideri poterat ut Ciceroni nullum dubium esset quin eo quasi fonte figurarum elocutionis calamitatis significandae uel etiam augendae causa uteretur. Duo genera talium translationum in scriptis eius reperiri possunt: primum ad turbulentas contiones et comitia, secundum ad rem publicam gubernandam attinet.

<sup>18</sup> Cf. *Cic. nat. deor.* III 51, ubi Romani duces mare ingredientibus hostiam fluctibus tutae nauigationis causa immolare dicuntur.

<sup>19</sup> Vide BEARD 2012, pp. 20-39, quae prodigia in hac Ciceronis oratione subtiliter pertractat et argumenta maxime ad rem pertinentia profert.

<sup>20</sup> Cf. *Liv.* XXII 5, 8, qui idem prodigium paene eisdem uerbis narrat: « auertitque cursu rapidos amnis, mare fluminibus inuexit ». Ordine naturali tam grauius mutato, dei clarissimum irae signum hominibus dedisse putantur.

<sup>21</sup> Vide WARDLE 2006, p. 293, qui apud Romanos prodigia initio futurum non praedicasse, ut post secundi belli Punici discrimen, sed coniunctionem iam inter homines et deos ruptam indicasse arguit. Prodigiis iam monstratis, Romani ordinem naturalem turbatum, deos hominibus iratos esse et illis Flamini consulis rerum diuinarum irreuerentis bellicam rationem displicuisse intellegere debebant.



In oratione *Pro Cluentio* (66 a. Chr. n.) Cicero L. Quinctium tribunum plebis, qui reo populum concitando nocere conatus erat, reprehendit et seditiosos oratores uitandos esse sic monet: « Ex quo intellegi potuit id, quod saepe dictum est: ut mare, quod sua natura tranquillum sit, uentorum ui agitari atque turbari, sic populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum uocibus ut uiolentissimis tempestatibus concitari » (*Cluent.* 138). Collatio aperta est (« ut mare ..., sic populum Romanum ») cum orator ut tribuni plebis plerumque perniciosissimi rei publicae propter turbas suo usui concitatas putandi sint flagitet. Eodem tempore collatio duo coria habet: placidus populus Romanus mari tranquillo<sup>22</sup> similis est, sed, seditiosis<sup>23</sup> hominibus multos impellentibus, tamquam mare « uentorum ui »<sup>24</sup> agitatum atque turbatum fit<sup>25</sup>. Constat igitur apud Ciceronem populum Romanum natura sua mitem esse, sed a tribunis inhonesto modo corrupti atque in morbum ac perturbationem cadere<sup>26</sup>. Ubi L. Licinium Murenam ab ambitus accusatione defendit (63 a. Chr. n.), Cicero mari utitur quo translatis uerbis coronam et iudices comitia consularia difficillima eorumque exitus improuisos esse certiores faceret: « Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam uarias putatis agitationes commutationesque fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum » (*Mur.* 35). Collationi hyperbole additur quia Cicero comitiis etiam maiores perturbationes ac pericula quam agitato mari esse ideoque ea uix temperari posse indicat. Similiter nouem post annis loquetur (54 a. Chr. n.), ubi Cn. Plancium amicum et reum sodaliciorum defendet, sed quam expertes rationis motus maris et machinationes comitiorum sint potius dicit: « si campus, atque illae undae comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic efferuescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant, in tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis, modum aliquem, et consilium, et rationem requiremus? » (*Planc.* 15). Verba ad fretum referentia (« undae », « mare », « aestu »), translatio (« undae comitiorum ... efferuescunt »), concinnitas homoeoteleuto et πολυπλότῳ coniuncta (« ad alios accedant, ab aliis autem recedant »), alliteratio (« rationem requiremus ») et rhetorica interrogatio elocutionis modi sunt per quos orator au-

<sup>22</sup> Cf. VERG. *Aen.* I 34 sq. et VAL. FL. I 494-497.

<sup>23</sup> 'Seditiosus' uehementissimum uocabulum est quod plerumque cum popularibus magistratibus (CIC. *ac.* II 72) maximeque cum tribunis plebis (CIC. *Cluent.* 94; *de orat.* II 48; *leg.* III 35 et 44; SALL. *Iug.* 73, 5; LIV. III 59, 15; IV 55, 7; VI 40, 3) consociatur. Vide etiam HELLEGOUARC'H 1963, p. 531, et ACHARD 1981, pp. 285 sq.

<sup>24</sup> Nota ingeniosam quoque alliterationem per quam tempestatum uiolentia significatur et translationis pondus augetur.

<sup>25</sup> Cf. HOM. *Od.* V 291-332; VERG. *Aen.* I 81-91; VAL. FL. I 574-562; OV. *met.* XI 474-534; LVCAN. V 560-567; STAT. *Theb.* V 361-375 et SIL. XVII 236-277.

<sup>26</sup> Cf. CIC. *Mil.* 5. Vide etiam PAGNOTTA 2019, pp. 102-104.

dientibus cum maria et comitia inter se propter perniciosam inconstantiam similia, tum in eorum motibus praeciendis nullam esse utilitatem persuadere conatur.

Secundum genus translationum ad ciuitatem gubernandam pertinet perque eas Cicero rem publicam gerendam cum mari nauigando comparat. Sic anno 54 a. Chr. n. ad P. Cornelium Lentulum Spintherem, qui imperator Ciliciae erat, scribit et cum eo aliquas cogitationes de rebus publicis administrandis communicat: «ut in nauigando tempestati obsequi artis est etiam si portum tenere non queas, cum uero id possis mutata uelificatione adsequi stultum est eum tenere cum periculo cursum quem coeperis potius quam eo commutato quo uelis tamen peruenire, sic, cum omnibus nobis in administranda re publica propositum esse debeat, id quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium, non idem semper dicere sed idem semper spectare debemus» (*fam.* I 9, 21). Haec sententia solito longior quidem est atque ornatior; cuius in comparatiua προτάσει («ut ... peruenire») Cicero maris et nauigationis mentionem facit, dum in ἀποδόσει («sic ... debemus»), qua translata uerba ad rem publicam gerendam refert, analogiam explicat. Tota sententia magistratibus flexibilem animum ad supremum propositum esse debere significat, sicut in nauigando nautis cursus saepe, mari periculoso tempestateque minante, mutandus est. Mare igitur exemplum magistratibus rei publicae gubernandae causa praebere dicitur quia motus sui improuisi sunt ut rei publicae et, cum propositum semper et nautis et magistratibus spectandum sit — nota perfectam qua id promitur concinnitatem («non idem semper dicere sed idem semper spectare») —, tamen cursus eorum tota nauigatione idem non est manendus, sed ad temporum necessitates accommodandus. Stultum enim atque perniciosum sit si quid tempus postulet ab eis dimittatur, id quod artificioso redditur hyperbato, cuius extrema membra («eum ... cursum») grauissimae significationis ad periodum comprehendendum uerba includunt («tenere cum periculo»). Contra ac in hac epistula facit, in libro primo *De re publica* Cicero analogiam non explicat, sed translatione tantum utitur: «Maximeque hoc in hominum doctorum oratione mihi mirum uideri solet, quod, qui tranquillo mari gubernare se negent posse, quod nec didicerint nec umquam scire curarint, iidem ad gubernacula se accessuros profiteantur excitatis maximis fluctibus» (*rep.* I 11). Sed tamen, cum translata uerba non explanentur, figura elocutionis clarissima est: reprehenduntur ei qui, quamquam nullam rei publicae secundis rebus gubernandae potestatem habent, se tamen aduersis rebus eam gerere non solum posse, sed etiam mereri declarant<sup>27</sup>.

<sup>27</sup> Cf. *de orat.* I 174 et *Sest.* 20, ubi Cicero eadem translatione utitur qua imperitos homines, qui satis se ad rei publicae nauem inter tempestates ac fluctus maximos gubernandam paratos esse credunt, reprehendat.

b) *Periculosa litora*. Ut supra uidimus, maria plena periculorum esse difficile est negare, sed litora quoque homines et urbis periclitari dicuntur. Ideo Romulum regem Cicero laudat cum ille Romae situm maritimum non elegerit, sed nouam urbem satis procul a mari fundarit ut huius propinquitate nihilominus frueretur et pericula uitaret (*rep.* II 5)<sup>28</sup>.

Primum Cicero urbem in litore condendam consilio deficere arbitratur quia hostilium nauium aduentus uix anteueniri possit et, antequam hostes patefaciantur, ciuibus ad decernendum quid agere debeant iam non sit tempus (*rep.* II 6). Verum principalis ratio cur urbs prope mare non sit fundanda potius ad mores quam ad situm attinet, id quod planissime affirmatur: «Est autem maritimis urbibus etiam quaedam corruptela ac demutatio morum: admiscentur enim nouis sermonibus ac disciplinis et inportantur non merces solum aduenticiae, sed etiam mores, ut nihil possit in patrii institutis manere integrum» (*rep.* II 7). Cicero hoc loco tamquam horridus, paene annosus, morum castigator censorque loquitur. Ab initio notanda est multitudo uocabulorum prauitatem designantium («corruptela», «demutatio morum», «admiscentur ... mores», «nihil ... integrum»), quae multitudo quandam scriptoris anxietatem tradit. Regula ad quam omnia referuntur haud dubia est («in patrii institutis manere») et quidquid eam periclitatur perniciosum putatur. Itaque quaeuis commoda, ut puta merces aduenticiae, maris propinquitate urbibus afferuntur minimi aestimantur cum, talibus opportunitatibus exceptis, haec propinquitas etiam deprauationem et foeditatem animi faciliorem reddere creditur. Tres rationes praebentur cur urbes in litoribus prope mare non sint condendae: primum quod earum ciues non solum mercandi et nauigandi causa errent, sed etiam, corpore manentes, animo uagentur<sup>29</sup> itaque ad ciuitatem defendendam satis studi non habeant (*rep.* II 7); deinde quod mare luxuriam in speciem praedae et mercium importaticiarum, quae rei publicae multum noceant, afferat (*rep.* II 8); postremo quod habeat «etiam amoenitas ipsa uel sumptuosas uel desidiosas illecebras multas<sup>30</sup> cupiditatum» (*rep.* II 8). Quae cum ita sint, Romulus Ciceroni in magna admiratione erat cum Romam condendo non solum pericula situs maritimi uitasset, uerum etiam maris commoditates propter amnem in mare late influentem,

<sup>28</sup> Graeci quoque multo antea utrum urbs vicina mari necne esse deberet disputant: uide PLAT. *leg.* 704a-705b et ARISTOT. *pol.* VII 1327a, qui de maris proximitatis et commodis et incommodis disceptant. Cf. LIV. V 54, 4, ubi M. Furius Camillus ciuibus Romanis ne Urbem relinquant persuadere conatur cum ea mari uicina ad commoditates sit nec exposita nimia propinquitate ad pericula classium externarum. Vide etiam ZETZEL 1995, pp. 162 sq., et PAGNOTTA 2019, pp. 108-110.

<sup>29</sup> Cicero hendiadys «exulant et uagantur» utitur quo melius exsilium, quo animus domo in mare fertur, reddat.

<sup>30</sup> Nota porrectum homoeoteleuton, quod lectoribus ut ad prauitatem morum mari uenientium animaduertant persuadere potuerit.

id est Tiberim, cuius in ripa urbem posuerat, retinisset: «quo posset urbs et accipere a mari, quo egeret, et reddere, quo redundaret, eodemque ut flumine res ad uictum cultumque maxime necessarias non solum mari absorberet, sed etiam inuectas acciperet ex terra, ut mihi iam tum diuinasse ille uideatur hanc urbem sedem aliquando et domum summo esse imperio praebituram» (*rep.* II 10). Cicero profecto optimam geographiae cognitionem hic monstrat et commoda Romae situs perlucide explicat, sed, cum scientia sua laudabilis sit, multum refert quod naturam loci rei publicae atque imperio coniungit. Haud dubium est quin Romulus de futuro imperio cogitare non potuerit, sed hoc non impedit quin Cicero fabulam fingat qua primum regem Romanorum situm maritimum ad imperi in posterum fundamenta iacienda uitasse arguat<sup>31</sup>. Verum est Ciceronem caute hoc dicere («ut mihi iam diuinasse ille uideatur»), sed tamen dicere, id quod quatenus iudicium suum et fortasse etiam plurimorum optimatum iam ratione imperi afficiatur nobis indicare potest.

In dialogo *De re publica*, cuius ex secundo libro aliquos locos supra citauimus, Cicero de periculis e mera coniectura pendentibus disputat, sed in quinta oratione in Verrem, ubi se geographiae peritissimum esse probat, de Syracusarum situ maritimo loquitur eumque, cum natura inexpugnabilis uisus esset, Siculis fatali periculo aliquando propter praetoris negligentiam fuisse demonstrat. Ecce locus ubi Syracusarum portum singulatim describit: «non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur et continetur, ut non adluantur mari moenia extrema, sed ipse influat in urbis sinum portus» (*Verr.* II 5, 96). Ex hac descriptione intellegere possumus urbem Syracusarum tam sollerter conditam esse ut hostes eam per portum inuadere nequirent. Attamen, officiis a Verre praetermissis, piratae in illum portum penetrare coeperunt, id quod postea demum Romanae classis cladem effecisse traditur. De integro Cicero maiorem sollicitudinem propter detrimentum quod imperium Romanum quam quod ipsa urbs Syracusarum cepit sentire uidetur: «Pro di immortales! piraticus myoparo, cum imperi populi Romani nomen ac fasces essent Syracusis, usque ad forum Syracusanorum et ad omnis crepidines urbis accessit» (*Verr.* II 5, 97). Sic litora quae antea natura et portus dispositione Syracusas defenderant iam eis, quia praetor, cui summum officium erat imperium Romanum a hostibus tueri ac conseruare, munere non erat perfunctus, maximae calamitati fuerunt; hinc dolorosa Ciceronis exclamatio.

III 2. *Nefariae res in mari fiunt.* Sed maria infesta loca Ciceroni uidentur non solum propter naturalem uim aut propter mercis quae importantur aut propter luxuriam ac libidines ad quas ciuitatum maritimarum incolae trahuntur,

<sup>31</sup> Vide etiam BEARD 2015, p. 57.

uerum etiam quod multa et uaria flagitia, inter quae piratarum latrocinia praecipue numerantur, in alto fieri possunt.

— *Maria latrociniiis purganda*. Anno 66 a. Chr. n. Cicero primam orationem ad populum in contione habuit et pro lege Manilia, quae ad Cn. Pompeium imperium paene sine fine in bello contra Mithridatem, regem Ponti, deferebat, locutus est. Inter tot argumenta quibus Cicero auditores Pompeium tali imperio dignum esse docet<sup>32</sup> longe grauissimum est id quod dux piratas, qui Romanis sociisque molestissimi diu fuerant, iam maxima cum celeritate uicerat<sup>33</sup>. Latrocinia tam scelerate a piratis suscepta esse dicuntur ut nullus locus toto mari firmum haberet praesidium: «Quis nauigauit, qui non se aut mortis aut seruitutis periculo committeret, cum aut hieme aut referto praedonum mari nauigaret?» (*Manil.* 31). Rhetorica interrogatio, ἐπαναδίπλωσις πολυπύπτῳ coniuncta («nauigauit ... nauigaret») et bina uocabula concinnitate praedita («aut mortis aut seruitutis; aut hieme aut referto praedonum») imaginem periculosissimae nauigationis augent et quodam modo Pompei contra piratas actionum necessitatem reddunt. Sed cum fieri posset ut multis talia latrocinia longinqua uiderentur, Cicero ea non solum prouincias et insulas afficere, sed etiam Romanis ipsis supra caput plus quam quisquam crederet esse addidit: sociis mare per tot annos clausum esse, Romanum exercitum numquam nisi summa hieme Brundisio nauigare posse, legatos populi Romani a praedonibus capi solere, duodecim lictores in illorum potestatem

<sup>32</sup> Apud STEEL 2001, pp. 117 sq., fieri potuit ut senatores, quamquam mos maiorum ut cauti in extraordinario imperio uno uiro dando essent suadebat, opinionem mutassent et Pompeio fauissent cum Maniliam legem, quae multitudini iucudissima esset, sine ullo impedimento perlatum iri et, si ei opponerent, se plus a summo imperatore abalienatum iri quam necesse esset intellexissent. Dicit doctissima mulier fieri quoque potuisse ut senatores mentem mutassent cum, detrimento iam a senatu capto, Pompeium, si lex Manilia perferretur, rebus Asiaticis negotiosum futurum et in Italiam reditum moraturum esse sperarent. DE SOUZA 2008, pp. 85-89, Ciceronem oratione *Pro lege Manilia* et aliis operibus latrocinia maritima tamquam locum communem Romanae rei publicae imposuisse itaque Ciliciensis e potentissimis maritimis hostibus beluas extra leges et humanitatem uiuentis factos esse arguit; cf. BEARD 2015, p. 271, quae piratas certe Romanis molestissimos fuisse, sed contra eos, cum metuendi aut essent aut uiderentur, bellum coeptum esse arbitratur quod simillimum nostrae aetatis contentionibus esset quae cum eis qui in mundo terrorem disseminant saepe faciuntur. Apud GILDENHARD-HODGSON 2014, p. 9, Ciceroni pro lege Manilia non fuit dicendum, sed orator pro Pompeio locutus est quia sic se sibi gratiam conciliaturum esse uidisset.

<sup>33</sup> De Pompei piratico bello, uide etiam ORMEROD 1924, pp. 233-241, et HIND 2010, pp. 249 sq. DE SOUZA 2002, pp. 167-172, tamen Pompei in re militari felicitatem unam fuisse dicit quia hic cum piratis lenissime egisset, eis ignosset, eos in agris procul a mari collocasset ideoque bellum contra latrocinia maritima successoribus continuandum fuisset. Contra autem, MORRELL 2017, pp. 63-65, hanc rei gerendae rationem non imbecillam, sed Pompei humano consilio atque rei publicae renouandae congruentem fuisse demonstrat quia summus imperator non latrocinia maritima exstirpare et funditus tollere, id quod difficillimum fuisset, sed ea modo diuturne temperare ac reprimere sibi proposuisset.

peruenisse, mercatores mari uti non posse (*Manil.* 32), portum Caietae etiam inspectante praetore direptum et Romanam denique classem Ostiae magna cum ignominia rei publicae captam et oppressam esse (*Manil.* 33). Cicero his locis ingeniosissimus est quia auditoribus gradatim appropinquat: primum de longinquo periculo eis loquitur, deinde propius ad Italiam accedit et eos ciuium Romanorum calamitatum commonet, denique, κλίμακι utens, fere domum peruenit cum Ostiae, quae portus Romae ipsius erat, mentionem facit. Sic auditores paulatim mare locum infestum et Pompeio piratarum latrociniiis purgandum fuisse intellegunt.

Sed quamquam Cicero in oratione *Pro lege Manilia* Pompeium praedones omnino compressisse et iam toto Mari Interno nullam esse hostilem nauem dicit («nunc nullam intra Oceani ostium praedonum nauem esse audiatis» — *Manil.* 33), paucis post annis eadem quaestio in disputationem reueniet et oratori dissimilimi modo soluenda erit. Anno 59 a. Chr. n. L. Valerius Flaccus, qui, Cicerone consule, praetor fuerat et postea imperium in Asia habuerat, a D. Laelio accusatus est quod classem nequiquam ciuitatibus Asiaticis imperasset et prouinciae res publicas male gessisset atque pecunias suo usui sumpsisset. Primum orator praemunitio utitur («Nulli erant praedones’. Quid? Nullos fore quis praestare poterat? ‘Minuis, inquit, gloriam Pompei’. Immo tu auges molestiam»: *Flacc.* 28), id est cum Laelio sermonem fingit qua eius de utilitate classis accusationem praecipiat et reprehendat. Forsitan hoc fecerit quia classem a Flacco imperatam paene inutilem fuisse intellegebat; optime igitur argumentorum suorum imbecillitati mederi poterat si se eam agnoscere aduersarioque aperte respondere simulabat. Laelio «Nulli erant praedones» etiam fecte dicente, Cicero eum Pompei augere molestiam arguere poterat quia imperator omnes praedones amouisse falso putaretur. Hoc contra rectam rationem esset ideoque Pompeius classem in Asia ad freta custodienda reliquisse narratur, id quod Flacco exemplum ad imitandum praebuit (*Flacc.* 129). Praeterea Cicero Flacco quoque classem imperandam fuisse contendit quia maria etiam post Pompei ordinationem periculosa quidem refertaque piratarum latrociniiis essent (*Flacc.* 31). Quamquam Cicero antea Pompeium sine dubio laudarat quod maria piratis purgasset et iam in oratione *Pro Flacco*, mutata sententia, multa tamen et grauius latrociniorum exempla praeter Atyanan pugilem Olympionicen non obtulit, piratas omnino non euauisse et cum prouincialibus, tum Romanis fuisse molestiae uerisimile est.

— *Verres pirata fit.* Verre praetore, mare Siciliam cingens locus infestus factum esse dicitur quia iussu illius ei qui participes facinorum erant sinus quosdam obsederant maritimos et aliqua promunturia aut rupta saxa tenuerant «ut eos qui essent appulsi nauigiis interficere possent» (*Verr.* II 5, 145). Omnia tamen secundum ingeniosum consilium excogitata erant: «Quaecumque nauis ex Asia, quae ex Syria, quae Tyro, quae Alexandria uenerat,

statim certis indicibus et custodibus tenebatur; uectores omnes in lautumias coniciebantur, onera atque merces in praetoriam domum deferebantur» (*Verr.* II 5, 145). Consilium in speciem brevis narrationis redditur quia sic Cicero lectores et discipulos artis rhetoricae allicere eorumque animos attentos tenere poterat. Praeterea narratio uariis figuris ornatur, ex quibus notanda sunt anaphora (« quae ..., quae ..., quae »), ellipsis (« quae ex Syria, quae Tyro ») et homoeoteuton cum tricolo coniunctum (« tenebatur; ... coniciebantur, ... deferebantur »). Talibus figuris nefariae res quae in mari fiebant copiosius narrantur, Verri consilium clarius excipitur et eius persona, quam praedonis personae simillimam profecto fuisse arbitrari possumus, compositius exprimitur. Ne multa disseramus, tantum dicemus, Verrem, cum Romanus ciuis ac magistratus fuisset, a Cicerone tamen maximo cum ingenio fictum esse tamquam archipiratam.

#### IV. LOCUS BELLI

Non solum terra, uerum etiam mari saepe bella geruntur. Tertium genus Ciceronianorum locorum qui de maritimis disputant sunt ei ubi res bellicae describuntur; quae aut ad copias naualis aut ad priuata experimenta pertinent.

IV 1. *Copiae nauales*. Cum praeturam Siciliensem haberet, Verres imperium classis Romanae ad Cleomenen detulisse fertur ut cum Nice, uxore eius, otiose libidinibus satisfacere posset (*Verr.* II 5, 82). Cleomenes autem, « qui alterum se Verrem cum luxurie ac nequitia tum etiam imperio putaret » (*Verr.* II 5, 87), in altum cum classe nauigauit, sed quinto die nautae Pachynum adpulsus quia fame cogebatur. Subito, Cleomene ebrio, piratarum naues in portu Odysseae esse nuntiatae sunt, id quod calamitatis initium Romanae classi fuit. Cleomenes terrestri praesidio nitebatur cum se eis militibus numerum nautarum ac remigum expleturum esse speraret; nesciebat tamen multos milites ex illo praesidio iam a Verre propter auaritiam dimissos esse (*Verr.* II 5, 87). Ergo cum perpauci sed fortissimi milites se cum piratis pugnatos esse declararent, Cleomenes tamen in quadriremi, quae eis propugnaculo esse posset, incredibili celeritate fugit (*Verr.* II 5, 88). Itaque, inopes relicti, nautae ducem secuti sunt (*Verr.* II 5, 89), et « tum, ut quisque in fuga postremus, ita in periculo princeps erat; postremam enim quamque nauem piratae primam adoriebantur » (*Verr.* II 5, 90). Cum Cleomenes et reliqui praefecti classis ad Helori litus peruenissent, se in terram e nauis eiecerunt et fuga salutem petierunt, deinde Heracleo, piratarum princeps, classem Romanam in litus expulit et eam « inflammari incendique »<sup>34</sup> iussit (*Verr.* II 5, 91).

<sup>34</sup> Haec bina uerba rarissime reperiuntur, sed id non est mirabile quia idem significant; cf.

Sed tamen haud semper mare Romanis bella gerentibus infestum fuit: anno 67 a. Chr. n., imperio per legem Gabiniam uni uiro ad latrocinia maritima tollenda dato<sup>35</sup>, ita res militares mari administratae sunt ut piratae a Pompeio magna cum felicitate uicti sint. Primum, quamquam mare summa hieme iniquissimum ad nauigationem erat, Pompeius Siciliae, Africae et Sardiniae litora explorasse et praesidiis classibusque munisse dicitur, id quod prudens consilium a Cicerone existimatur quia hae tres prouinciae rei frumentariae maxime necessariae erant (*Man.* 12, 34). Deinde se in Italiam recepit, unde in praedonibus superandis uersari coepit: « duabus Hispaniis et Gallia Transalpina praesidiis ac nauibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris et in Achaiam omnemque Graeciam nauibus, Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornauit, ipse autem ut Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit » (*Manil.* 35). Haec breuis narratio, cuius celeritas ablatiuis absolutis, in chiasmo ad media participia exprimenda positus (« duabus Hispaniis et Gallia Transalpina ... confirmata, missis ... nauibus »), et ἀσυνδέτω optime redditur, piratici belli uelocitati adaequatur quia Ciceronis Pompeium quasi inuictum herosa, cuius fortitudo post hominum memoriam contigit nemini, uideri maximi intererat. Cicero quidem sibi quam rei militaris peritus Pompeius esset populo monstrare proposuit; nam hic omnia maria ab occidente usque ad orientem imperium Romanum litorum confirmandorum tollendorumque latrociniorum causa uerrere potuisse traditur. Praeterea narratio per gradus it cum in locis patefaciendis aliquid priore maius insequatur quoad Pompeius ad expeditionis finem perueniat: gradationis apex cum hyperbato (« totam ... Ciliciam »), quod sollicitam expectationem reddit, tum conspicua clausula, id est quarto paeani cum spondeo coniuncto<sup>36</sup> (« Cīlīcī(am) ād | iūnxit »), designatur. Orator tamen totam historiam nobis non dicit. Pompeium enim bellum conficere uoluisse difficile est negare, sed cur id tam rapide facere uoluerit maioris interest: cum piratas uincendo quandam gloriam consequi posset, maius praemium, id est Mithridatici belli summum imperium, spectabat ideoque bellum diuturnum cum piratis mari gerere sua non intererat quod id ne contra Mithridatem, qui periculosior atque etiam Romanis odiosior erat, expeditionem susciperet impediēbat<sup>37</sup>.

APVL. met. IX 36. Hic Cicero se ambobus uti fingit quo siue uerum siue fictum dolorem propter amissam classem Romanam melius coram iudicibus reddat.

<sup>35</sup> PLVT. vit. 631e-f (*Pomp.* 25, 1-3); APP. *Mith.* 14, 94; DIO. CASS. XXXVI 23, 4 sq. Legi autem Gabiniae senatus uehementer opposuit ut e Q. Lutati Catuli oratione comperimus (DIO. CASS. XXXVI 31, 1-36, 4). Vide VERVAET 2014, pp. 216-219, qui hanc orationem pertractat.

<sup>36</sup> Hic numerus callidissimus est cum paeanis celeritas (QVINT. inst. IX 4, 111) spondei stabilitate ac dignitate (CIC. orat. 216) compensetur, id quod Ciceroni magno usui hic est: auditoribus celerrimum bellum firmam uictoriam secutam esse comprehendendum erat.

<sup>37</sup> Vide etiam GILDENHARD-HODGSON 2014, p. 149.



Sed cum Pompeius feliciter contra piratas magno populi Romani usui pugnasset, anno 49 a. Chr. n., Id. Mart., bello ciuili iam coepto, ipse tamquam pirata se gessit, sicut per epistulam quam Cicero interceptit quamque ad Atticum retulit certiores fimus: «Pompeius mare transiit cum omnibus militibus quos secum habuit. ... Nauis quibus usus non est omnis aut praecidisse aut incendisse dicunt» (*Att. IX 6, 3*). Constat igitur summum imperatorem, postquam piratas fortiter uicit, circiter duodeuiginti annis eorum aemulatorem factum esse et Italiam aut temere aut propter sui commodi studium deseruisse, id quod Cicero non sine magna indignatione amico narrat: «non angor sed ardeo dolore» (*Att. IX 6, 4*).

IV 2. *Privata experimenta*. Alii autem loci rerum bellicarum mentionem facientes ad priuata experimenta referri possunt. Sic facit Cicero cum ad Atticum quomodo se in bello ciuili gesturus sit scribit (anno 49 a. Chr. n., Kal. Apr.): «Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus et, si Puteolis erit difficile, Crotonem petemus aut Thurios et boni ciues amantes patriae mare infestum habebimus» (*Att. IX 19, 3*). Eum mare talibus rebus odisse non est difficile animaduertere cum id periculo et inconstantiae consocietur necesse sit, sed iam alacrior ad pugnandum uidetur quam paucis ante diebus fuerat: «Sed haec satis deplorata sunt» (*Att. IX 19, 3*).

Caesare iam interfecto et re publica maxime conturbata, Cicero a C. Cassio, uno ex interfectoibus dictatoris<sup>38</sup> (*VELL. II 87, 3*), litteras accepit quibus hic illi quomodo cum sociis res militaris in litore Asiatico finitimoque mari gesserit renuntiat. Sed cum Cassius de se ipso dicat, nihil priuati emanat neque mare animo eius praecipuos sensus instillare uidetur (*fam. XII 13, 3*); contra de rebus naualibus tantum («Nos ex ora maritima Asiae prouinciae et ex insulis quas potuimus nauis deduximus»), de quodam dilectu («dilectum remigum ... habuimus»), de expeditione in hostem («secuti sumus classem Dolabellae») et de consili mutatione («Nos illa relicta ... Cyprum petiuimus») loquitur. Manifestum igitur est Cassium nec odium nec metum erga mare sentire quia sibi in rebus militaribus uersanti mare uia tantum nauigationis erat et tempus cogitationum scribendarum maxime deerat.

#### V. «QUI MARE TENEAT EUM NECESSE ESSE RERUM POTIRI»

Quam periculosa freta esse potuerint et quantum mari uincere hostis apud Romanos ualuerit, iam multis ex locis uidimus de quibus supra disputauimus. Nunc autem ad postremum genus locorum ueniamus, ubi Cicero mare rei publicae imperioque Romano magno usui esse existimat. Cur tanti bella maritima, fugam aut cladem piratarum, classis creandas tuendasque, praesidia

<sup>38</sup> Hoc tamen incertum est. Vide SHACKLETON BAILEY 1977, p. 562.

denique litorum Romani aestimarint ex epistula comperimus in qua Cicero ad Atticum quid Pompeius de his rebus iudicaret scripsit: «Deinde hoc uide, non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis, nisi forte iis amissis arma Pompeium abiecturum putas ... Existimat enim qui mare teneat eum necesse esse rerum potiri» (*Att.* X 8, 4). Cicero haec scribebat dum animi discruciebatur quia in certamine quod inter Caesarem et Pompeium ortum erat quodque rem publicam consumebat utrum illi an huic sibi fauendum esset nesciebat. Profecto autem de rebus maritimis et de imperio cum Pompeio sentiebat nullumque est dubium quominus plerique optimatum idem senserint. Haec erat ratio secundum quam res publicas more maiorum semper, capta saltem Carthagine et Corintho, gesserant et imperium conseruarant: ergo tenere mare erat imperium defendere atque augere; qua de causa, et fortasse quia Pompeio aliquid tandem consili fore sperabat, Cicero ne, captis Hispaniis, Caesar iam sibi uictoriam omnino uindicare posset nondum metuebat.

Opinio igitur optimatum fine rei publicae fuisse uidetur se, si mare domarent, tunc Romano imperio quoque fore ut praesiderent. Sed unde haec opinio orta est? Respondit Cicero ipse cum consul contra P. Seruilium Rullum in oratione *De lege agraria* locutus est, ubi delendae Carthaginis uastandique Corinthi rationem explicauit. Primo certiores facimur de Carthagine, cuius clades praecipue per loci situm atque naturam explanatur: «succincta portibus, armata muris, excurrere ex Africa ... uidebatur» (*leg. agr.* II 87). Notanda est translatio 'excurrere', qua huius ciuitatis comminatio copiose redditur; excreuerat enim Carthago in mari uelut tuber Siciliae minans. Nimia propinquitas satis periculi a Romanis existimata est ut Carthaginem mari profisciscerentur eamque non solum uincerent sed etiam funditus tollerent<sup>39</sup>. Secundo de Corintho Cicero sic loquitur: «Corinthi uestigium uix relictum est. Erat enim posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut terra claustra locorum teneret et duo maria maxime nauigationi diuersa paene coniungeret, cum pertenui discrimine separentur» (*leg. agr.* II 87). De integro situs loci satis rationis Romanis praebuisse putatur cur expeditionem contra eam facerent; nam Corinthus isthmus<sup>40</sup> quidem erat eoque non solum in Graecia multum poterat, uerum etiam Aegaeo et Ionico mari et nauigationi moderabatur itaque Romanorum commodis, quae maxime ad commercium pertinebant, nocere coeperat. Ut antea maiores uel postea Pompeius, Cicero imperium Romanum e marium dominatione pendere pro certo habet et quominus id grauius affirmit non dubitat<sup>41</sup>.

<sup>39</sup> Apud BEARD 2015, p. 212, utrum Romani cupidine uindictae inarserint an Carthaginiensis quidem tantum timuerint ut eorum ciuitatem omnino delere uellent difficile est dictu.

<sup>40</sup> Vide MANUWALD 2018, p. 376, quae recte catachresi *faucibus* isthmum quidem significari demonstrat.

<sup>41</sup> Vide etiam BEARD 2015, p. 213, quae Polybi historias citat et quatenus Romani Corinthum tantummodo uastandi causa sustulerint expendit.

Quae cum ita sint, Ciceronem Verrem, quia classi Romanae Cleomenen, ut supra uidimus, crearat praefectum, reprehendisse non est mirabile. Contra ac maiores fecerant ubi Romae imperi fundamenta iecerant, flagitiosus praetor classem non solum alienigenae, sed etiam perdito homini prodidisse dicitur: « Illi aditum litoris Syracusanis ademerunt, tu imperium maritimum concessisti; illi habitare in eo loco Syracusanum, qua naues accedere possent, noluerunt, tu classi et nauibus Syracusanum praeesse uoluisti; quibus illi urbis suae partem ademerunt, iis tu nostri imperi partem dedisti » (*Verr.* II 5, 85). Hic locus ornatissimus et copiosissimus est cum Cicero plurimis figuris elocutionis utatur quo melius quid inter Verris libidinem et maiorum auctoritatem in imperio administrando intersit reddat. Orationis elegancia consimilibus sententiarum partibus constat, quarum altera alteri pariter respondet: sic tres sententiae bina membra habent, quarum alterum alteri opponitur quia contraria sunt et ad diuersas essentias referunt (« illi ... ademerunt, tu ... concessisti » // « illi ... noluerunt, tu ... uoluisti » // « illi ... ademerunt, iis tu ... dedisti »); praeterea prima sententia tertiae etiam paribus sonis respondet, id quod non solum in homoeoteleutis, quae supra simplicibus duplicibusque lineis notauimus, uerum etiam in clausulis, id est aut creticis cum spondeis coniunctis (« Syracusa | n̄s ādē | mērūnt ~ pār(em) ādē | mērūnt ») aut geminis spondeis (« cōncēssistī ~ par | tēm dēdīstī »), animaduerti potest; denique tertia sententia fere perfecta concinnitate praedita est (« quibus illi urbis suae partem ademerunt, // iis tu nostri imperi partem dedisti »). Hae omnes figurae et clausulae modi quidem sunt quibus Cicero iudicibus uel potius lectoribus mare per se cum imperio coniunctum et Verrem eius oblitum esse persuadere conatur. Quod magistratus Romanus Romanam classem Syracusano, nequissimo uiro a meretrice illuso, tradidit maximae grauitatis existimatur cum more maiorum Romanos terra marique uictis sociisque dominari rectum, alienigenis autem uoluntate sua oboedire nefas sit. Classem male gerere et maribus moderandis deesse est imperium Romanum in summum periculum ac discrimen uocare, id quod profecto Romanis optimatibus et equitibus maximo odio esse intellegimus.

Eandem opinionem, secundum quam inconsideratum est sinere alienigenas de imperio Romano decernere, in oratione *Pro Flacco* reperiemus, ubi Cicero Asiaticas ciuitates reprehendit quia Flaccum praetorem eis classis nomine pecuniam imperasse queruntur; quod orator non negat, sed etiam superbius affirmat cum non Graecis, sed Romanis esse de re publica atque de classis utilitate iudicandum arbitretur: « Proximum est ergo ut opus fuerit classe necne quaeramus. Utrum igitur hoc Graeci statuent aut ullae exterae nationes, an uestri praetores, uestri duces, uestri imperatores? » (*Flacc.* 27). Prima facie rhetorica interrogatio iusta uidetur cum haud sine bona ratione aliquis utrum Romani an alienigenae ius de re publica decernendi habeant quaerere possit, sed modus quo Cicero hoc interrogat dolosum consilium

prodit: quamquam interrogatio duas partis habet, quarum una exterarum nationum, altera Romanorum mentionem facit, anaphora pronominis 'uestri', quod bis in altera parte sententiae iteratur, et perpetua fere longarum syllabarum continuatio (« uēstrī praētōrēs, uēstrī dūcēs, uēstr(i) impērātōrēs ») quantam Romani in prouinciis habere debeant potestatem auctoritatemque exprimunt. Praeterea Cicero, cum sibi multa argumenta pro Flacci decreto iam non sint, iudicibus ei classem imperandam fuisse dicit quia Asia mari circumdabatur itaque piratae eius litoribus minabantur: « Equidem existimo in eius modi regione atque prouincia quae mari cincta, portibus distincta, insulis circumdata esset, non solum praesidi sed etiam ornandi imperi causa nauigandum fuisse » (*Flacc.* 27). Tribus membris quae concinnitate et homoeoteleuto praedita sunt (« mari cincta, portibus distincta, insulis circumdata ») quaeque idem fere dicunt orator sollicitudinem auditorum auget quia ei ut Asiam propter piratas in uero periculo fuisse credant adducuntur; sed tamen Asiae quaedam tantum pars mari cingebatur, id quod Ciceroni, qui periculum in maius extollere uolebat, profecto non erat usui. Accedit quod subtilis distinctio inter utilitatem classis (« non solum praesidi ») et rei publicae Romanae gloriam (« sed etiam ornandi imperi causa ») instituitur<sup>42</sup>, qua facile orator ad commodius argumentum transit. Utilitatem autem difficile est demonstrare, sed, cum eam dimittere non possit, eius breuissimam mentionem facit et ne ea Romani imperi obumbret magnificentiam cauet. Iudices igitur non tam praesidium Asiae, cuius per speciem classis dubiis rebus eius ciuitatibus imperata erat, quam Romae imperium maritimamque dominationem uenire in discrimen intellegere debebant.

Cicero autem alias quoque Flacci decreti explicationes offert, ex quibus altera ad senatus, altera ad Pompei decretum pertinet: « Quid? nos hic nonne ipso Pompeio auctore Silano et Murena consulibus decreuimus ut classis in Italia nauigaret? nonne eo ipso tempore cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragiens erogabamus? Quid? postremo anno nonne M. Curtio et P. Sestullio quaestoribus pecunia in classem est erogata? Quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? » (*Flacc.* 30). Anaphora pronominis *quid* et frequens particulae *nonne* repetitio quandam de re publica opinionem firmant, pecuniam ad classem creandam aut conseruandam rogari non esse insolitum. Ideo Cicero tria exempla, quae rhetoricis interrogationibus exprimit, ad hanc opinionem demonstrandam praebet: neque classem anno 62 a. Chr. n. (« Silano et Murena consulibus »), rogante Pompeio, qui adhuc Romam ex Asia non redierat, Italiae litora custodisse neque equites in oris maritimis fuisse, sed

<sup>42</sup> *Ornamentum* aut *imperio* aut *rei publicae* coniunctum plerumque in Ciceronis scriptis reperiri potest: cf. *S. Rosc.* 142; *Verr.* II 2, 2; *leg. agr.* I 6; *Mur.* 85; *Sull.* 5; *prov.* 22; *Mil.* 37; *Phil.* II 39; XI 36; *off.* II 64; *Liv.* XXVI 32, 4; *Qvint. decl.* 260, 24; *Dig.* XLIII 9, 2.

quantam pecuniam Romani in maria custodienda erogarint<sup>43</sup> certe mirabile est. Deinde, Pompei fama atque exemplo usus, Cicero clarissimum ducem laudibus debitis effert: «Illa est enim gloria diuina Pompei, primum praedones eos qui tum cum illi bellum maritimum gerendum datum est toto mari dispersi uagabantur redactos esse omnis in potestatem, deinde Syriam esse nostram, Ciliciam teneri, Cyprum per Ptolemaeum regem nihil audere, praeterea Cretam Metelli uirtute esse nostram, nihil esse unde proficiscantur, nihil quo reuertantur, omnis sinus, promunturia, litora, insulas, urbis maritimas claustris imperi nostri contineri» (*Flacc.* 30). Adhibetur igitur hyperbole («Illa est enim gloria diuina<sup>44</sup> Pompei»), quae deinde amplissima enumeratione dilatatur, qua Cicero non solum Pompei meritorum mentionem facit, uerum etiam quantum imperium eius Romae profuerit explicat; nam piratas a Romanis litoribus arcuerat («primum ... redactos esse in potestatem») et imperio Romano magnificum incrementum Mari Interno attulerat («deinde ... nihil audere, praeterea ... esse nostram»). Aduerbia 'primum' et 'deinde' / 'praeterea' causalem coniunctionem inter diuersas sententiae partis esse indicant: Cicero enim inauditam imperi Romani propagationem fieri potuisse arguit cum a piratis mare defendisset Pompei classis, cuius utilitas et gloria sic copiose probantur<sup>45</sup>. Praeterea arte rhetorica utilitas imperi ornatui cedit quia Cicero non solum plura pro Romae imperio quam pro defensione Asiae argumenta enumerat, sed etiam multis et eloquentibus uocabulis utitur quibus Romanorum dominatus designetur: «potestatem», «esse nostram» (bis), «teneri», «claustris imperi», «contineri». Accedit quod haec uocabula ad res militaris referentia anaphora et homoeoteleuto firmantur («nihil es-

<sup>43</sup> Apud DE SOUZA 2002, p. 182, tanta pecunia («sestertium ter et quadragiens») ad tuendas circiter ducentas naui satis erat, id quod quanti Romani classem suam et maritimam dominationem aestimarint indicare potest.

<sup>44</sup> Cf. *ad Brut.* 23, 4, ubi Cicero locutione 'gloria diuina' de integro utetur. Vide etiam GILDENHARD 2011, pp. 266 sq., qui Ciceronem, Pompeio adiectiuo 'diuinus' descripto, auditores utrum dux diuino quidem ingenio praeditus sit an eius merita translata hyperbole augeantur considerare consulto sinere arguit.

<sup>45</sup> Cf. *Cic. Sest.* 67 et *prov.* 31, ubi Pompeius similiter et eisdem de causis collaudatur. Notanda tamen est conclusio argumenti in oratione *De prouinciis consularibus*. Cicero enim, memorato bello contra piratas sequentibusque rebus, quas Pompeius augendi imperi causa terra gesserat, enumeratis, ad aliquatenus inexpectatam coniecturam peruenit: «Nulla gens est, quae non aut ita sublata sit, ut uix exstet, aut ita domita, ut quiescat, aut ita pacata, ut uictoria nostra imperioque laetetur» (*prov.* 31). Haec sententia, quae manifestis ornamentis (nota imprimis anaphoram «aut ita ... , aut ita ... , aut ita ... » et concinnitatem trium relatiuorum membrorum quibus congruenter consequentiae respondent) distinguitur, triumphalem et subabsurdam de imperio Romano opinionem reddit: constat optimatis et equites Romanos insolenter se propter gloriam rei publicae Romanae extulisse, sed longe aliud est laudare imperium, quod terra marique acquisitum est, aliud credere exteras nationes, quae in Romanorum potestatem uenerunt, eorum imperio laetari. Vide etiam GRILLO 2015, p. 230.

se unde profiscantur, nihil quo reuertantur ») itaque auditores ut magnam habeant sui imperi fiduciam adducuntur.

## VI. CONCLUSIONES

Omnibus igitur Ciceronis scriptis iam perscrutatis, quattuor genera locorum qui maris et litorum mentionem faciunt reperire potuimus. Primo haec loca amoena esse uidentur, ubi optimates et diuites extremis rei publicae temporibus aut otio ac uariis uoluptatibus fruebantur, aut se libidinibus ac licentiae dedebant. Multi eorum uillas sumptuosas in urbibus maritimis habebant, ubi aut mare prospiciendo aut in litore ambulando aut otiose nauigando curas remittebant. Cicero autem, quamquam multa de maris natura noscit, sicut praecipue in libris *De natura deorum* aut in *Academicis* probat, raro aequoribus excitatur non quia ea non admiretur, sed sibi celeberrima loca non sunt grata. Praeterea semper fere maritima cum humanis consociat, ergo pluris sua interest quantum mare in hominum uita ualeat quam quales sensus prospicientibus euocet.

Secundo apud Ciceronem et maria et litora infesta quoque loca esse possunt quia utraque periculis insidiisque plena sunt. Itaque fieri poterat ut maria natura instabilia atque uiolenta multum nauigantibus propter uentos ac tempestates nocerent. Sed ea non solum naturalibus proprietatibus periculosa esse poterant, uerum etiam praesentia praedonum qui in latrociniiis facinoribusque uersabantur, id quod fine rei publicae Romanos ad bella contra maritimum terrorem instigauit. Litora per se ipsa infesta non sunt, sed, ut Cicero in secundo libro *De re publica* scribit, quia cum ad ea e mari tot hostes undique improuiso peruenire possunt, tum urbium maritimarum incolae nimiae luxuriei atque animi mollitiei patent.

Deinde mari bella saepe gerebantur, quae Cicero cum in orationibus *In Verrem* et *Pro lege Manilia*, tum in quibusdam epistulis copiose narrat. Illae bella piratica tractant, praesertim cum latrocinia maritima purganda tamquam locum communem rei publicae et optimati eloquentiae imposuerit, sed hae, ut nobis exspectandum est, de priuatis potius experimentis loquuntur.

Postremo freta rei publicae magno usui esse existimantur cum is qui mari dominatur litora contra piratas munita teneat et in terrestribus bellis imperi augendi causa uersari possit. Inprimis Pompeius dux diuinis quibusdam bonis instructus saepe a Cicerone aestimatur quia, cum piratas mari arcuisset et imperi finis saluos fecisset, terras nouas capere, prouincias addere et administrare itaque Romae auctoritatem ad orientis partis pandere coepit. Mutatis uerbis, praesidere mari est rem publicam tueri et imperium Romanum defendere atque ornare.

## OPERA CITATA

- ACHARD 1981  
G. ACHARD, *Pratique rhétorique et idéologie politique dans les discours « optimates » de Cicéron*, Leiden 1981
- ALEXANDER 1990  
M. C. ALEXANDER, *Trials in the Late Roman Republic: 149 BC to 50 BC*, Toronto - Buffalo - London 1990
- ALGRA 2003  
K. ALGRA, *Stoic Theology*, in *The Cambridge Companion to the Stoics*, edited by B. Inwood, Cambridge 2003, pp. 153-178
- ASMIS 2009  
E. ASMIS, *Epicurean Empiricism*, in *The Cambridge Companion to Epicureanism*, edited by J. Warren, Cambridge 2009, pp. 84-104
- BEARD 2012  
M. BEARD, *Cicero's 'Response of the Haruspices' and the Voice of the Gods*, *Journal of Roman Studies* 102, 2012, pp. 20-39
- BEARD 2015  
M. BEARD, *SPQR: A History of Ancient Rome*, London 2015
- CORNEA 2021  
A. CORNEA, *Epicur și epicureismul antic*, București 2021
- D'ARMS 2013  
J. H. D'ARMS, *Romans on the Bay of Naples: A Social and Cultural Study of the Villas and Their Owners from 150 B.C. to A.D. 400*, in *Romans on the Bay of Naples and Other Essays on Roman Campania*, edited by F. Zevi, Bari 2013, pp. 1-225
- DE SOUZA 2002  
P. DE SOUZA, *Piracy in the Graeco-Roman World*, Cambridge 2002
- DE SOUZA 2008  
P. DE SOUZA, *Rome's Contribution to the Development of Piracy*, in *The Maritime World of Ancient Rome: Proceeding of 'The Maritime World of Ancient Rome', Conference Held at the American Academy in Rome, 27-29 march 2003*, edited by R. L. Hohlfelder (Memoirs of the American Academy in Rome, Suppl. Vol. 6) Ann Arbor 2008, pp. 71-96
- DYCK 2013  
A. R. DYCK, *Cicero: Pro Marco Caelio*, Cambridge 2013
- GILDENHARD 2011  
I. GILDENHARD, *Creative Eloquence: The Construction of Reality in Cicero's Speeches*, Oxford 2011
- GILDENHARD - HODGSON 2014  
I. GILDENHARD, L. HODGSON, et al., *Cicero: On Pompey's Command (De imperio)*, 27-49: *Latin Text, Study Aids with Vocabulary, Commentary, and Translation*, Cambridge 2014
- GRILLO 2015  
L. GRILLO, *Cicero's De prouinciis consularibus oratio*, Oxford 2015
- HELLEGOUARC'H 1963  
J. HELLEGOUARC'H, *Le vocabulaire latin des relations et des partis politiques sous la République*, Paris 1963

HILLARD 1989

T. HILLARD, *Republican Politics, Women, and the Evidence*, *Helios* 16, 1989, pp. 165-182

HIND 2010

J. G. F. HIND, *Mithridates*, in *The Cambridge Ancient History, IX. The Last Age of the Roman Republic, 146-43 BC*, edited by J. A. Crook - A. Lintott - E. Rawson, Cambridge 2010, pp. 129-164

KEITH 2021

A. KEITH, *Cicero's Verres, Verres' Women*, in *Identities, Ethnicities and Gender in Antiquity*, edited by J. Fabre-Serris - A. Keith - F. Klein, Berlin - Boston 2021, pp. 69-92

MALISSARD 2012

A. MALISSARD, *Les Romains et la mer*, Paris 2012

MANUWALD 2018

G. MANUWALD, *Cicero, Agrarian Speeches: Introduction, Text, Translation, and Commentary*, Oxford 2018

MAURO 2021

R. MAURO, *Paesaggi inamien della letteratura latina fino al II sec. d. C.*, in *Atti del V seminario nazionale per dottorandi e dottori di ricerca in studi latini, Roma, 6 dicembre 2019 - Università Roma Tre, Dipartimento di Studi Umanistici*, a cura di M. De Nonno ed E. Romano (La Biblioteca di Classico Contemporaneo 12), Palermo 2021, pp. 67-88

MORRELL 2017

K. MORRELL, *Pompey, Cato, and the Governance of the Roman Empire*, Oxford 2017

O'KEEFE 2010

T. O'KEEFE, *Epicureanism*, Durham 2010

ORMEROD 1924

H. A. ORMEROD, *Piracy in the Ancient World: An Essay in Mediterranean History*, Liverpool - London 1924

PAGNOTTA 2019

F. PAGNOTTA, *L'immagine del mare nell'opera e nel pensiero politico di Cicerone: alcune rappresentazioni tra estetica, etica e politica*, in *Natura che m'ispiri. Alcuni percorsi letterari, linguistici, archeologici, geografici*, a cura di S. Voce, Bologna 2019, pp. 95-111

PEASE 1923

A. S. PEASE, *M. Tulli Ciceronis de diuinatione liber secundus*, Illinois 1923

PEPPE 2016

L. PEPPE, *Chelidone e Tertia. Donne, cortigiane e diritto effettivo nelle Verrine*, in *Mujeres en tiempos de Augusto. Realidad social e imposición legal*, editado por R. R. López - M. J. B. Bosch, Valencia 2016, pp. 61-98

RICHLIN 1992

A. RICHLIN, *The Garden of Priapus: Sexuality and Aggression in Roman Humor*, New York - Oxford 1992

SHACKLETON BAILEY 1977

D. R. SHACKLETON BAILEY, *Cicero: Epistulae ad familiares, II. 47-43 B.C.*, Cambridge 1977

STEEL 2001

C. STEEL, *Cicero, Rhetoric, and Empire*, Oxford 2001



TATUM 1999

W.J. TATUM, *The Patrician Tribune Publius Clodius Pulcher*, Chapel Hill - London 1999

VERVAET 2014

F. J. VERVAET, *The High Command in the Roman Republic: The Principle of the summum imperium auspiciumque from 509 to 19 BCE* (Historia 232), Stuttgart 2014

WARDLE 2006

D. WARDLE, *Cicero: On Divination. Book 1*, Oxford 2006

ZETZEL 1995

J. E. G. ZETZEL, *Cicero, De re publica: Selections*, Cambridge 1995.



NUOVI ACROTELESTICI  
IN CATULLO (2, 3 sg. e 6 sg. ; 101, 2-4)  
E ORAZIO (CARM. III 27, 40-43)

ALBERTO CROTTO

I. 'CIES ECCE' (CATVLL. 2, 3 SG. E 6 SG.)

Passer, deliciae meae puellae,  
quicum ludere, quem in sinu tenere,  
cui primum digitum dare appetenti  
et acris solet incitare morsus,  
cum desiderio meo nitenti  
carum nescio quid lubet iocari,  
et solaciolum sui doloris,  
credo, ut tum gravis acquiescat ardor:  
tecum ludere sicut ipsa possem  
et tristis animi levare curas<sup>1</sup>!

Il carme 2 di Catullo è stato ed è tuttora al centro di un vivace dibattito che non accenna a concludersi. D'altronde, il testo si presta ad analisi molto disparate tra loro, nel tentativo di risolvere le questioni ancora aperte sulla poesia, che spaziano dalla sintassi alla filologia<sup>2</sup>. Pur nella vastità della bibliografia, penso sia rimasto un piccolo spazio di ulteriore riflessione: mi pare infatti affrontabile un sentiero di ricerca che, se percorso, consentirebbe di riprendere e irrobustire con nuove argomentazioni un indirizzo esegetico in gran parte negletto e molto bistrattato<sup>3</sup>, cui mi rifarò nel corso del presente contributo.

Qualche isolato intervento sull'arte allusiva e sull'*imagery* di certi componimenti ha sottolineato l'importanza del *lusus* nella poetica di Catullo, riflesso della raffinatissima *doctrina* alessandrina nonché dei virtuosismi manieristici che tanto piacquero ai *neòteroi*<sup>4</sup>. Il caso paradigmatico che si è soliti cita-

<sup>1</sup> Per tutti i passi catulliani si segue l'edizione di R. A. B. MYNORS (ed.), *C. Valerii Catulli Carmina*, Oxonii 1958.

<sup>2</sup> Per un esaustivo *status quaestionis* cf. V. ORTOLEVA, *Sul testo di Catullo 2, 5-8*, *Philologus* 157, 2013, pp. 291-305.

<sup>3</sup> K. QUINN, *Catullus: An Interpretation*, London 1972, p. 85, parla di «persistent minority opinion».

<sup>4</sup> Cf. W. SCHMID, *Catullus: Ansichten und Durchblicke*, Göppingen 1974, p. 102; G. P. GOOLD, *Catullus*, London 1983, p. 248; L. KRONENBERG, *Reading Virgil and His Trees: The Alder and the Poplar Tree in Catullus and Virgil*, in P. E. KNOX - H. Pelliccia - A. Sens (eds.), *They Keep It All Hid-*

re è l'acrotelestico<sup>5</sup> 'natu ceu aes' (carme 60), con cui il poeta, richiamatosi all'illustre modello tragico (Eur. *Med.* 1345 τοιόνδ' ἐμπέφυκέ σοι θρόσος), fa di Lesbia una novella Medea, altrettanto spietata e implacabile<sup>6</sup>. Sulla scorta di tale precedente e grazie all'applicazione di un sistema automatico di riconoscimento<sup>7</sup> di *technopaignia*, ho provato a rinvenirne altri nel *libellus*, dedicando maggior cura a quella che, allo stato attuale, pare essere una delle forme di *lusus* piú rare e preziose. Espongo, quindi, il caso che reputo piú convincente.

In un recente articolo sul carme 2<sup>8</sup> è stata avanzata una singolare associazione tra il *passer* e Lucrezio: per ciò che discuterò, il dato piú interessante dell'analisi coincide con la segnalazione di giochi anagrammatici che formerebbero al v. 6 (« carum nescio quid lubet iocari ») e al v. 10 (« et tristis animi levare curas ») il *cognomen* dell'autore del *De rerum natura*:

oltre al termine *carum* corrispondente al *cognomen* di Lucrezio [...] un possibile gioco di parole per l'assonanza tra un eventuale genitivo *Lucreti Cari* e l'espressione *lubet iocari* del v. 6 [...], con le sillabe finali *cari* che sembrano perfettamente rispondenti al *carum* dell'*incipit* [...] nel verso finale del carme catulliano [...], è possibile riscontrare ancora un'allusione al *cognomen* di Lucrezio, se osserviamo che l'ultimo termine del componimento — *curas* — è l'esatto anagramma di *Carus* (p. 12).

Ritengo che simili rilievi, confermando le già note valenze plurivoche del componimento, convalidino viepiú la lettura polisemica cui la lirica si presta, fornendo le giuste premesse per altre indagini in questa direzione. Infatti, in uno scorcio perfettamente simmetrico e coeso tra le parti, frutto dell'eccezionale lavoro di cesello cui fu sottoposto<sup>9</sup>, ritengo che Catullo abbia celato un implicito riferimento alla sfera della sessualità<sup>10</sup>.

*Augustan Poetry, its Antecedents and Reception*, Berlin 2018, p. 21; A. TAMÁS, *Sweet Friendship. An Acrostic at Catullus 14.19-23*, *Mnemosyne* 75, 2022, pp. 1045-1048.

<sup>5</sup> Per una definizione di questa tipologia di gioco letterario, ancorché provvisoria per ammissione della critica che se ne è finora occupata, cf. G. DAMSCHEN, *Das lateinische Akrostichon: neue Funde bei Ovid sowie Vergil, Grattius, Manilius und Silius Italicus*, *Philologus* 148, 2004, p. 89.

<sup>6</sup> Sull'acrotelestico nel carme 60 cf. S. HAWKINS, *Catullus 60: Lesbia, Medea, Clodia, Scylla*, *American Journal of Philology* 135, 2014, p. 569: « The acrostic thus reinforces the sentiment of the poem and its Euripidean model, which is another indication that the acrostic was deliberate and not fortuitous ».

<sup>7</sup> Cf. A. CROTTO, *Per un'informatica umanistica applicata alla ricerca degli acrostici in letteratura latina: un case study ad Apul. Met. 9.8*, *Giornale italiano di filologia* 73, 2021, pp. 203-210.

<sup>8</sup> N. PIACENZA, *Il passer epicureo: Lucrezio nei carmi 2 e 3 di Catullo*, *Annali online di Ferrara-Lettere* 15, 2020, pp. 1-21.

<sup>9</sup> Cf. S. HARRISON, *Sparrows and Apples: the Unity of Catullus 2*, *Scripta classica Israelica* 22, 2003, pp. 85-92.

<sup>10</sup> Per questa tecnica stilistica E. LELLI, *Critica e polemiche letterarie nei giambi di Callimaco*, *Alessandria* 2004, p. 86, parla a buon diritto di « mascheramenti erotici ».

A partire dal Poliziano<sup>11</sup>, che ipotizzò questa chiave di lettura sulla base di un'interpretazione del carme catulliano resa da Marziale<sup>12</sup>, si è provato a scorgere nell'animaletto un'allusione al membro inturgidito del poeta, dono non meno gradito alla sua voluttuosa *puella* dell'uccellino stesso. Secondo l'umanista, in un ideale dittico poetico, si passerebbe dalla foia baldanzosa dell'amplesso o fianco della masturbazione<sup>13</sup> sino a una momentanea impotenza, causata forse dall'eccessivo impegno profuso nell'esercizio amatorio, *defail-lance* parodisticamente celebrata per l'appunto dall'epicedio in morte del *passer* (carme 3). Siffatta esegesi<sup>14</sup>, come si diceva, non ha goduto di grande séguito<sup>15</sup>, attirandosi le reprimende della critica piú castigata<sup>16</sup>; tuttavia, nonostante la tenacia mostrata nella demolizione censoria dell'allegoria oscena<sup>17</sup>, dinnanzi alla fitta trama erotica di cui è intessuto il brano, anche gli ostinati *severiores*, ormai a corto di obiezioni incontrovertibili, hanno riconosciuto alla fine — almeno in parte — la discreta tenuta di tale analisi. Certo, pur senza eccedere i limiti del buon senso, come pure è stato fatto da qualcuno troppo infervorato sul tema<sup>18</sup>, spero che il ritrovamento del *lusus* che m'accin-

<sup>11</sup> Cf. *Miscellaneorum centuria prima*, I 6 pp. 230 sg. Mayer.

<sup>12</sup> MART. XI 6, 14-16 «Da nunc basia, sed Catulliana: / quae si tot fuerint quot ille dixit, / donabo tibi passerem Catulli». Sull'influenza del carme 2 nella produzione epigrammatica di Marziale cf. P. FEDELI, *Marziale catulliano*, Humanitas 56, 2004, pp. 168 sg. Sulla suggestione erotica che Catullo evoca in Marziale cf. M. CITRONI, *M. Valerii Martialis Epigrammaton liber primus*, Firenze 1975, p. 336.

<sup>13</sup> Così, in particolare, E. N. GENOVESE, *Symbolism in the Passer Poems*, Maia 26, 1974, pp. 121-125.

<sup>14</sup> Cf. G. GIANGRANDE, *Catullus' Lyrics on the Passer*, Museum philologum Londiniense 1, 1975, pp. 137-146.; Y. NADEAU, *O passer nequam (Catullus, 2-3)*, Latomus 39, 1980, pp. 879 sg.; Y. NADEAU, *Catullus' Sparrow, Martial, Juvenal and Ovid*, Latomus 43, 1984, pp. 861-868; R. W. HOOPER, *In Defence of Catullus' Dirty Sparrow*, Greece & Rome 32, 1985, pp. 162-178; N. HOLZBERG, *Catull: Der Dichter und sein erotisches Werk*, München 2003, pp. 61-67; A. J. POMEROY, *Heavy Petting in Catullus*, Arethusa 36, 2003, pp. 49-60.

<sup>15</sup> Anche l'intervento sulla questione di J. GRUNDBERGER, *Der 'passer' bei Catull: Spieltier oder erotische Metapher?*, München 2012, si limita a presentare in modo molto asettico lo *status quaestionis* relativo alla metafora erotica, senza apportare significativi contributi a questa interpretazione.

<sup>16</sup> A. GUARINO, *Le forchette delle Muse*, Labeo 27, 1981, p. 292, si esprime in termini di «decisa e nauseata ripulsa di un certo modo goliardico, che va diffondendosi nel sottobosco della filologia classica, di far critica, o meglio porno critica, nella lettura dei poeti latini».

<sup>17</sup> Cf. H. D. JOCELYN, *On Some Unnecessary Indecent Interpretations of Catullus 2 and 3*, American Journal of Philology 101, 1980, pp. 421-441, ai cui rilievi ha ben risposto HOOPER, art. cit., mentre non apportano alcuna novità le detrazioni di J. W. JONES JR., *Catullus' Passer as Passer*, Greece & Rome 45, 1998, pp. 188-194 a carico della lettura erotica.

<sup>18</sup> Appare eccessiva la proposta di A. VERGADOS - Sh. O' BRYHIM, *Reconsidering Catullus' Passer*, in C. DEROUX (cur.), *Studies in Latin Literature and Roman History*, Bruxelles 2012, p. 101 che, estremisti dell'*imagery* sessuale, sostengono che «Catullus is describing ornithophilia, a practice that is attested many times throughout history».

go a esaminare apporti nuovi elementi utili a condividere questa linea di indagine.

Come da prassi per i ricercatori di acrostici *et similia*, è necessario esaminare innanzitutto il testo nella sua interezza, repertando quei sintagmi con valore segnaletico che costituiscono le condizioni preliminari per ipotizzare, e poi eventualmente motivare, la presenza di un *lusus*, nonché la relativa intenzionalità. Le spie metasignificanti, infatti, come è stato sottolineato, assolvono lo scopo di captare l'attenzione del lettore aduso a siffatti stilemi<sup>19</sup>, instillando in lui una giusta dose di *curiositas* per incoraggiarlo a sondare a fondo il brano che ha davanti, così da apprezzarne tutte le sfaccettature nonché sperimentarne le direzioni di lettura.

Il termine che per primo attira lo sguardo è senza dubbio «*ludere*» che, aprendo e chiudendo anaforicamente la lirica nella stessa sede metrica, è il verbo<sup>20</sup> piú rappresentativo tra quelli che sogliono accompagnare un *lusus*. Seguono poi, in posizione rilevata a fine verso, i participi, il secondo dei quali con funzione aggettivale, «*appetenti*» (v. 2) e «*nitenti*» (v. 5), entrate lessicali con possibile funzione segnaletica<sup>21</sup>. Altrettanto significativa è la collocazione locativa «*in sinu tenere*» (v. 2): metaforicamente intesa, potrebbe alludere — e neppure troppo velatamente — all'orditura ad anse<sup>22</sup> in cui, come si vedrà, si dipana il giuoco di parole. Pari importanza, infine, ha l'interrogativa indiretta «*nescio quid lubet iocari*» (v. 6) che, intesa con valore antifrastico<sup>23</sup>, induce a interagire come per diletto con il testo, alla ricerca di un *divertissement*.

Complici questi fattori contestuali, se si aguzza un poco la vista, ci si accorge che, assemblate nell'ordine le lettere iniziali e finali delle prime e delle ultime parole dei vv. 3 sg. e 6 sg., si compone la parola di senso compiuto 'cies', 2ª persona singolare dell'indicativo presente da 'cieo'. Si noti, innanzitutto, come primo elemento circostanziale a supporto dell'intenzionalità dei

<sup>19</sup> Va da sé che in contesti simili si presuppone la compartecipazione attiva di un *lector doctus*, referente imprescindibile nella dialettica poetica che s'instaura tra pubblico e autore, come giustamente rammenta M. CITRONI, *Poesia e lettori in Roma antica*, Roma - Bari, pp. 122 sg.

<sup>20</sup> Marchio di stile dei *poetae novi*, espressione di una leggerezza disimpegnata coniugata a una raffinata dottrina, come ricorda a ragione F. BELLANDI, *Lepos e pathos. Studi su Catullo*, Bologna 2007, pp. 34-38. Su «*ludere*» cf. anche L. LANDOLFI, *I lusus simposiali di Catullo e Calvo o dell'improvvisazione conviviale neoterica*, Quaderni urbinati di cultura classica 24, 1986, pp. 79-80.

<sup>21</sup> Nel senso traslato di 'dirigersi verso, cercare (un *lusus*, nella fattispecie)' (*appetere*) e 'risaltare, segnalarsi per splendore (e dunque per riconoscibilità, detto sempre di *lusus*)' (*nitere*).

<sup>22</sup> Si tratta di una delle possibili modalità di composizione dei *lusus*, approfondita nello studio dell'acrostico sfragistico nel proemio dell'*Eneide* da C. CASTELLETTI, *Following Aratus' Plow: Vergil's Signature in the "Aeneid"*, *Museum Helveticum* 69, 2012, 83-95 e analizzata anche in CROTTO, *Per un'informatica umanistica* cit., p. 207.

<sup>23</sup> Altra modalità diffusa nel reperimento dei *lusus*, per cui cf. A. CROTTO, *Mirabere, lector: alcuni lusus nel De reditu suo?*, *Pan* 10, 2021, p. 186.

*lusus*, la formazione, tra i due acrotelestici, dell'avverbio 'ecce', interiezione con patente funzione segnaletica<sup>24</sup>, quasi a rimarcare la voluta presenza dei giuochi di parola. Appare altrettanto significativa la ripresa a brevissima distanza di due occorrenze identiche entrambe in ugual guisa di *lusus*, dal momento che la duplicazione di 'cies' incrementa, in forza di un modulo iterativo attestato in contesti simili, la carica sensuale sprigionata dalla lirica<sup>25</sup>. La riproposizione del lemma, per giunta, dovrebbe rispondere meglio anche alle detrazioni di chi è aprioristicamente 'acroscoettico': la compresenza di due forme equivalenti così ravvicinate incluse in una cornice tanto ristretta<sup>26</sup>, esito di una componibilità del testo che sfrutta intersezioni incrociate di fonemi orizzontali e verticali molto care al poeta<sup>27</sup>, cui vanno aggiunti i rilievi contestuali sopra elencati, fa sí che le probabilità che il giuoco dipenda dalla mera coincidenza casuale si riducano — e di molto — secondo le norme statistiche. È per questo motivo che la scienza matematica, benché si riveli strumento utile e in molti casi perfino indispensabile, non riuscirà mai a diradare completamente l'alone di discrezionalità e imponderabilità che ammantava fenomeni come quello indagato, alone che è parte ineliminabile del mistero che li avvolge, e che li rende, almeno agli occhi di chi vi si dedica, tanto speciali e stimolanti<sup>28</sup>.

<sup>24</sup> C. DIONISOTTI, *Ecce*, Bulletin of the Institute of Classical Studies 50, 2007, p. 83, parla correttamente di «visual imperative».

<sup>25</sup> L'iterazione di un *lusus* in contesti erotici in cui il soggetto maschile coinvolto tende a ribadire in questo modo la propria virilità è attestata almeno una seconda volta, anche se piú tardi, nel *paignion* petroniano *mas-mas* (lett. 'maschio') in PETR. 139, 2 in cui, come sostiene A. CROTTO, *Acrostici petroniani e altri technopaignia: indagine preliminare su alcuni lusus letterari nel Satyricon*, Bollettino di studi latini 51, 2021, p. 48, «Encolpio dà vita ad un duplice telestico concatenato che chiama insistentemente in causa proprio la riacquisita — o apparentemente tale — mascolinità».

<sup>26</sup> Anche l'estensione contenuta di un testo contribuisce a ridimensionare, per quanto possibile, l'aleatorietà del *lusus*, dato che le ridotte dimensioni dello scorcio poetico permettono all'occhio, pur sempre vigile ma non infallibile del lettore antico come di quello moderno, una maggiore concentrazione e dunque una piú alta probabilità di riconoscere fenomeni del genere. Cf. anche A. PELTARI, *The Space that Remains: Reading Latin Poetry in Late Antiquity*, Ithaca 2014, p. 113: «Because the textual layers compel the reader to look for connections and significance beneath the surface ("aliud verbis, aliud sensu"), they draw the reader into the text so that she may participate in making the poem's words and lines mean in some way».

<sup>27</sup> Effetto stilistico ben indagato da B. VINE, *Some 'Vertical' Phonetic Effects in Catullus*, *Syllacta classica* 1, 1989, pp. 87-95. In merito alle modalità di reduplicazione di parti intere o singoli elementi del fraseggio poetico catulliano, K. QUINN, *Catullus: The Poems*, London 1973<sup>2</sup>, p. XXXII, sottolinea «a use of repetition that becomes at times almost obsessive in intensity».

<sup>28</sup> Cf. M. ROBINSON, *Arms and a Mouse: Approaching Acrostics in Ovid and Vergil*, *Materiali e discussioni* 82, 2019, p. 41: «Now it is not necessarily the case that statistical analysis is of absolutely no use, but its role is primarily a negative one: that is to say, evidence of low frequency does not automatically illustrate the 'markedness' of an acrostic, whereas evidence of high frequency may make it harder to argue for 'markedness'».

Il *calembour* ha due referenti, il *passer*-pene del poeta e Lesbia, e due significati tra loro integrati, dato lo stringente vincolo tematico e affettivo che unisce l'animale alla donna, rapporto quest'ultimo che costituisce uno dei tratti piú originali del componimento<sup>29</sup>. Per quanto concerne l'allusione al *passer*, sia esso inteso nella prospettiva fallica o piú strettamente ornitologica, già nella forma il giuoco è un programma poetico; al di là della timbrica vagamente onomatopeica del verbo, che può evocare nella fantasia uditiva dell'ascoltatore il trillo allegro del cinguettio, la disposizione dei costituenti fonemici all'interno dello specchio visuale del carne assolve allo scopo, diffuso nei *paignia*, di riprodurre anche a livello grafico, nei limiti del consentito, il significato dell'azione svolta dal soggetto. Complice il ritmo agile e rubato della metrica, Catullo anche in virtù del *lusus* che impone all'occhio di spostarsi da un estremo all'altro del verso, mima quasi i saltarelli del passerotto, che salticchia qua e là, attirando giocosamente su di sé l'attenzione<sup>30</sup>. In tal modo, intendendo 'cies' nel duplice senso di 'impellere', 'excitare'<sup>31</sup> e di 'edere voces', 'sonos'<sup>32</sup>, il poeta, apostrofato in *Du Still* l'uccellino e pure il proprio membro, riesce a potenziare l'effetto iconico delle immagini descritte o solo evocate, ossia il frenetico zampettio e il vispo ciangottio dell'animale come pure il movimento eccitato del membro in attività<sup>33</sup>, che giunge all'apice dell'appagamento<sup>34</sup>.

Il valore del *paignion*, però, non si esaurisce qui. Se ci si concentra segnatamente sull'interazione tra l'autore e l'amata, all'atto pratico dell'esercizio sessuale cui Catullo allude per via metaforica, 'cies', ancora nel significato di 'edere voces', qui traducibile però con «tu gemi», potrebbe riferirsi ai gemiti emessi durante il coito dalla donna<sup>35</sup>; pare quindi scorgersi, tra le righe, il profilo di una Lesbia nell'estasi del piacere, trasfigurata dalla fantasia lubrica del

<sup>29</sup> Cf. P. FEDELI, *Introduzione a Catullo*, Roma - Bari 1994<sup>2</sup>, p. 182.

<sup>30</sup> Situazione confermata da CATVLL. 3, 9 «sed circumsiliens modo huc modo illuc», per cui cf. G. NUZZO, *Gaio Valerio Catullo. Liriche ed epigrammi*, Palermo 2015, ad loc.; A. FO, *Gaio Valerio Catullo. Le poesie*, Torino 2018, ad loc.

<sup>31</sup> *ThLL* III, col. 1054, 82 (H. SPELTHAHN).

1. *La preghiera iniziale (orazione 'colletta')*. Ogni azione liturgica si apre con una preghiera denominata 'collecta': un termine che intende esprimere la raccolta ('colligere') delle preghiere formulate nel cuore dei singoli ed espresse nuovamente in sintesi con il testo che segue (nr. 1011): «Exaudi nos, omnipotens et misericors Deus, ut quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur» («Esaudiscici, Dio onnipotente e misericordioso, perché sia colmato della tua benedizione quanto ti viene offerto dal nostro servizio»).

'Officium' e 'benedictio' sono i due termini che denotano da una parte la ministerialità propria della celebrazione, espressa nei segni sacramentali, e dall'altra il bisogno di dare senso e valore soprannaturale a questi segni perché ciò che si compie raggiunga il livello di sacramentalità, sia cioè convalidato da quell'azione divina (tipica dello Spirito Santo) che trasforma l'opera umana in sacramento. E i due verbi 'ministrare' e 'implere' denotano in maniera eloquente l'azione umana e divina che si compie.

2. *La preghiera sulle offerte*. Il *Sacramentario* non dà le indicazioni per la liturgia della Parola. Si passa pertanto all'orazione recitata sulle offerte che vengono presentate per essere trasformate nel Corpo e Sangue di Cristo. Qui si coglie il riferimento alla specifica azione liturgica che si compie (nr. 1012): «Suscipe, quaesumus, Domine, pro sacra connubii lege munus oblatum, et cuius largitor es operis esto dispositior» («Accogli, o Signore, i doni che ti offriamo per la santificazione dell'alleanza nuziale, e custodisci con la tua provvidenza la nuova famiglia che hai costituito»).

È per la «sacra connubii lex» — l'alleanza nuziale — che viene offerto il «munus», termine che denota il segno sacramentale; una realtà, quella del «connubium», riconosciuta quale dono di Dio («largitor»); ed è su questa certezza che se ne implora la custodia da parte di Dio («dispositor»). La semplicità del testo mentre pone in evidenza l'armonia fra gli elementi dell'orazione, fa emergere il risultato mnemonico che si muove tra «largitor» e «dispositor», tra la certezza del dono («es») e l'invocazione del suo compimento («esto»).

3. *L'embolismo prefaziale.* In circostanze particolari la preghiera eucaristica è caratterizzata da due peculiari adattamenti relativi alla specifica azione liturgica che si compie. I due segni eloquenti sono costituiti dal prefazio e da un embolismo. Mentre il secondo è composto da una breve espressione che contestualizza l'evento matrimoniale nel mistero della salvezza, il primo dà vita e sviluppa l'atteggiamento di lode a Dio: a lui è ricondotta la vita umana. Ecco il testo prefaziale (nr. 1013) considerato nella sua parte centrale (embolismo)<sup>16</sup>:

Qui foedera nuptiarum blando concordiae iugo et insolubili pacis vinculo nexuisti, ut ad operationem filiorum sanctorum conubiorum fecunditas pudica servaretur. Tua enim, Domine, providentia, tua gratia utrumque dispensat, ut quod generatio mundi edidit ad ornatum, regeneratio ad ecclesiae perducatur augmentum

(Tu hai dato alla comunità coniugale la dolce legge dell'amore e il vincolo indissolubile della pace, perché l'unione casta e feconda degli sposi accresca il numero dei tuoi figli. Con disegno mirabile, o Signore, la tua grazia viene somministrata ad entrambi, perché ciò che la generazione produce ad ornamento del mondo, la rigenerazione conduce all'accrescimento della Chiesa).

Le due sezioni dell'embolismo risultano tra loro connesse. Se da una parte si riconosce il mistero delle nozze quale frutto del «blando concordiae iugo» e dell'«insolubili pacis vinculo» quale dono dall'alto, dall'altra emerge in modo immediato la finalità di tutto ciò: la «fecunditas» — una «fecunditas pudica», termine già sopra evidenziato — che si apre alla generazione ed educazione di «filii sancti». Il progetto di vita richiede l'intervento divino («providentia ... gratia») perché si operi una sintesi tra l'«ornatum» costituito dalla «generatio mundi» e la «regeneratio» finalizzata all'accrescimento della Chiesa. Il dono dell'amore e della pace, dunque, si qualifica come garanzia per una crescita degli sposi e per lo sviluppo della loro progenie.

4. *Un particolare ricordo nella Preghiera eucaristica.* L'embolismo che arricchisce la Preghiera eucaristica per contestualizzare il ricordo dell'evento sa-

<sup>16</sup> Ogni prefazio ha una struttura articolata in cinque parti: dialogo prefaziale, protocollo, embolismo, escatocollo, acclamazione dossologica del *Sanctus*.

cramentale invita a concentrare l'attenzione sulla sposa giunta ormai «ad statum mensurae et ad diem nuptiarum», pronta, quindi, «cum viro suo copulare» quale segno di un amore indiviso e costantemente in crescita (nr. 1014):

Hanc igitur oblationem famulorum tuorum, quam tibi offerunt pro famula tua *illa*, quam perducere dignatus es ad statum mensurae et ad diem nuptiarum, pro qua maiestati tuae supplices fundimus preces, ut eam propitius cum viro suo copulare digneris, quaesumus, Domine, ut placatus

(Accetta con bontà l'offerta dei tuoi fedeli, che ti presentano per la tua serva N., che ti sei degnato di condurre a maturità e al giorno delle nozze. Per lei noi supplici rivolgiamo preghiere alla tua maestà, perché benevolo le conceda di unirsi con suo marito).

All'interno della Preghiera eucaristica (il *Canone romano* usato come unico testo nella Chiesa di rito romano fino al 1967) sono presenti vari embolismi con l'obiettivo di unire più strettamente lo specifico evento con la celebrazione memoriale del mistero pasquale.

5. *La benedizione sulla sposa.* Prima della recita del *Pater noster* il rito comprende una solenne benedizione sulla sposa (nr. 1015), introdotta da un invito (*monitio*) all'assemblea ad unirsi in preghiera perché l'opera divina («te auctore») raggiunga il suo compimento, sempre con l'aiuto di Dio («te auxiliante»):

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus adsiste, ut quod te auctore iungitur, te auxiliante servetur

(Ascolta propizio, Signore, le nostre suppliche e con benevolenza proteggi le istituzioni, mediante le quali hai stabilito che il genere umano si propagasse, perché con il tuo aiuto si conservi ciò che viene unito sotto la tua protezione).

Il testo notevolmente sviluppato della *benedictio nuptialis* fa parte di quel genere di *euchologia maior* che caratterizza alcuni momenti peculiari della vita orante della Comunità ecclesiale. Secondo lo stile e i contenuti dell'eucologia, la prima parte è sempre costituita dal riconoscimento dell'opera di Dio in favore del suo popolo ('Deus, qui eqs.'). Nel testo che segue le prime tre *invocationes*, accompagnate dalle espressioni relative, declinano lo specifico dell'atteggiamento di Dio nei confronti della nuova famiglia, in particolare della donna presentata come «inseparabile ... adiutorium» dell'uomo, un aiuto che «numquam liceret disiungi»:

Deus, qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti, qui dispositis universitatis exordiis homini ad imaginem Dei facto ideo inseparabilem mulieris adiutorium con-



didisti, ut femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex uno placuisset institui, numquam liceret disiungi

(O Dio, che hai creato dal nulla tutto quanto esiste con il potere della tua virtù; tu che, stabilita l'origine del mondo, hai dato all'uomo, plasmato ad immagine di Dio, un aiuto inseparabile nella donna, perché dal corpo dell'uomo immettessi in quello della donna il principio della vita; tu hai permesso loro di comprendere che non è mai lecito dividere quanto tu hai deciso di fondare sull'unità).

Il *coniugale mysterium* diventa prefigurazione del rapporto sacramentale di Cristo e della Chiesa mediante il *foedus nuptiale*: la concisione delle espressioni presenta un intreccio di terminologie attraverso cui 'mysterium' e 'sacramentum' offrono la sintesi per un incontro pieno tra l'umano e il divino:

Deus, qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti, ut Christi et ecclesiae sacramentum praesignares in foedere nuptiarum

(O Dio, che mediante un così grande mistero hai consacrato l'unione coniugale perché nel sacramento delle nozze prefigurassi il sacramento di Cristo e della Chiesa).

La conseguenza del riconoscimento dell'opera di Dio si concentra nel terzo passaggio della *laudatio* dove è evidenziato il senso della «benedictio» che viene implorata sulla «mulier» e, di riflesso, sulla «societas»; una «benedictio» la cui forza non è stata distrutta né dal peccato originale né dal diluvio:

Deus, per quem mulier iungitur viro, et societas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quae sola nec per originalis peccati poenam nec per diluvii est ablata sententiam

(O Dio, per mezzo di questo sacramento la donna si unisce all'uomo e la società viene regolata principalmente dalla benedizione che, sola, non viene portata via né dalla pena del peccato originale né dalla sentenza del diluvio).

È sull'atteggiamento della lode che si inserisce quello della supplica: la parte conclusiva implora la «protectio» divina specificamente «super famulam». A garanzia di tutto questo è ricordata l'esemplarità di donne dell'Antico Testamento — come Rachele, Rebecca e Sara —, insieme all'auspicio di essere sempre adornata di «verecundia», di «pudor», di «doctrina», di essere feconda, di provata bontà e irreprensibile, per giungere — dopo un'«optata senectus» — «ad beatorum requiem, ad caelestia regna» (nrr. 1016a-b):

Respice propitius super hanc famulam tuam, quae maritali iungenda est consortio, tua se expetit protectione muniri

(Volgi benigno lo sguardo su questa tua serva, la quale, mentre si avvicina all'unione coniugale, chiede di essere fortificata dalla tua protezione);

Sit in ea iugum dilectionis et pacis, fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum, sit amabilis ut Rachel viro, sapiens ut Rebecca, longeva et fidelis ut Sarra. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor praevaricationis usurpet, nexa fidei mandatisque permaneat, uni toro iuncta, contactus illicitos fugiat, muniat infirmitatem suam robore disciplinae

(Sia in lei il giogo dell'amore e della pace; fedele e casta affronti il matrimonio nel nome di Cristo; imiti sempre le sante donne; ami suo marito come Rachele; sia saggia come Rebecca; longeva e fedele come Sara. L'autore della prevaricazione non trovi niente dei suoi atti in lei; osservi sempre la fede e i comandamenti; sia fedele ad un solo letto; eviti rapporti illeciti e fortifichi la sua debolezza con il vigore della disciplina);

Sit verecundia gravis, pudore venerabilis, doctrinis caelestibus erudita, sit fecunda in sobole, sit probata et innocens, et ad beatorum requiem atque ad caelestia regna perveniat, et videat filios filiorum suorum usque in tertiam et quartam progeniem, et ad optatam perveniat senectutem

(Sia vereconda, rispettabile, venerabile per il suo pudore, istruita nella dottrina celeste, sia feconda nella prole, provata e innocente entri nella pace dei beati e nel regno del cielo; veda i figli dei figli fino alla terza e alla quarta generazione e giunga alla desiderata vecchiaia).

6. *La preghiera conclusiva.* L'ultimo testo è costituito dall'orazione dopo la comunione. Riconosciuta l'istituzione divina della realtà matrimoniale, l'assemblea implora ancora che una «longeva pax» caratterizzi l'esistenza della «legitima societas» appena costituita (nr. 1017):

Quaesumus, omnipotens Deus, instituta providentiae tuae pio amore comitare, ut quos legitima societate conectis, longeva pace custodias

(Ti preghiamo, Dio onnipotente: accompagna con il tuo amore divino quanto per tua divina provvidenza hai istituito, perché custodisca con lunga pace quelli che unisci in una famiglia fondata sulla tua legge).

Si completa così una 'pagina' di eucologia propria del contesto sacramentale del matrimonio; una pagina che esalta soprattutto la centralità della donna.

#### III 4. LE VEDOVE

Lo *status* della *vidua* è sempre posto in attenta considerazione nel contesto religioso cristiano fin dai tempi del Nuovo Testamento, dove la *vidua* è considerata 13 volte nei *Vangeli*, 3 volte negli *Atti degli Apostoli*, 9 volte nelle lettere paoline e una volta nell'*Apocalisse*; in tutta la *Vulgata* il termine ricorre ben 95 volte nei contesti più diversificati. Da qui si comprenderanno l'isti-

tuzione e lo sviluppo dell'*ordo viduarum* e di numerosi testi di Padri e scrittori ecclesiastici.

Il *Sacramentario* racchiude una benedizione specifica per la vedovanza; la formula ha questo titolo: «*benedictio viduae*» (197, 1018). Osserviamo il testo:

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut haec famula tua, quae pro spe retributionis promissi muneris se desiderat consecrari, plena fide animoque permaneat. Tribue ei pro operibus gloriam, pro pudore reverentiam, pro pudicitia sanctitatem, ut ad meritum aeternae beatitudinis possit pervenire

(Ti preghiamo, Dio onnipotente: concedi che questa tua serva, che desidera essere consacrata nella speranza del dono promesso, perseveri con coraggio nella fede. Concedile la gloria per le sue opere, il rispetto per il suo pudore, la santità per la sua pudicizia, perché possa giungere al merito della vita eterna).

La scelta di una vedovanza consacrata se da una parte dipende dagli eventi luttuosi della vita, dall'altra per la donna che desidera «se ... consecrari» — nella speranza «*retributionis promissi muneris*» — resta il proposito di continuare a realizzarsi in pienezza e sotto tutti gli aspetti spirituali e umani («*plena fide animoque*»). Per raggiungere questo obiettivo è necessario implorare — un auspicio e insieme un dono della grazia divina — a) un riconoscimento onorifico per quanto la vedova può svolgere («*pro operibus gloriam*»); b) il rispetto per un atteggiamento all'insegna del pudore («*pro pudore reverentiam*»); c) il conseguimento della santità quale esito della pudicizia («*pro pudicitia sanctitatem*»).

La prospettiva è quella di conseguire il «*meritum*» per ottenere l'«*aeterna beatitudo*»: questo obiettivo escatologico è ciò che costituisce sempre l'orizzonte del compimento di ogni preghiera cristiana, ma è pure la chiave interpretativa della scelta di vita che ancora una volta pone la figura femminile nella più alta considerazione ed esemplarità, contribuendo a dare un senso valoriale a qualunque scelta, compresa quella che scaturisce dal dolore del distacco.

#### IV. QUALI PROFILI DI DONNA EMERGONO DAL VERSANTE RELIGIOSO?

Accostare i testi propri quali scaturiscono dal contesto della liturgia ufficiale diventa occasione per far trasparire sia una prassi consolidata sia la visione teologica e insieme educativa messa in opera attorno a impegni della propria vita; tutto questo emerge dalla considerazione di un atteggiamento di servizio nel contesto ecclesiale, come pure da un orientamento della vita.

La lettura che proviene dall'accostamento dei testi propri del *depositum* della liturgia ufficiale offre un orizzonte di maggior completezza rispetto a

quanto viene presentato da una congerie di altri studi che si collocano sul versante storico, sociale, medico e istituzionale. Quando si elaborano riflessioni di ordine storico risulta quanto mai importante considerare tutti quegli aspetti e ambiti che solo nel loro insieme contribuiscono ad offrire una visione il piú possibile ampia circa l'argomento. E in questo, la documentazione liturgica può offrire un contributo prezioso.

Da qui la considerazione: quanto evidenziato finora non esaurisce tutti i riferimenti alla donna presenti nel *Sacramentario gregoriano*. Nel linguaggio liturgico il 'nos', il 'populus', il 'grex'... sono gli indicatori di una terminologia che abbraccia uomini e donne, in un orizzonte di assemblea celebrante che dialoga con il Soprannaturale. All'interno dell'assemblea le voci si fondono tra piccoli e anziani, tra adulti e giovani in un'unica espressione orante dove la diversità tra le voci è trasfigurata da un'adesione manifestata con parole e musica.

L'accostamento dei testi permette anche di far emergere un'alta considerazione della persona in ordine alla *dignitas* della donna. Che si tratti di consacrazione in una donazione totale della vita a Dio, di scelta matrimoniale, di accettazione della situazione di vedovanza, di disponibilità ad uno specifico servizio nella comunità ecclesiale... l'immagine della donna emerge con un profilo in cui si intrecciano con la *dignitas* il rispetto, la grandezza dell'animo femminile, la sua sensibilità materna, la sua disponibilità.

Il confronto con i testi provenienti dalle antiche fonti liturgiche offre anche un percorso educativo circa la forma retorica e letteraria con cui sono espressi. In un tempo in cui il *populus* nel periodo dell'alto Medioevo non ha accesso alla cultura, tramite la bellezza del linguaggio liturgico trova il modo per sentirsi coinvolto in un contenuto — quello religioso appunto — che avrà bisogno di altre espressioni complementari per trasmettere un'esperienza religiosa. Si pensi allo sviluppo degli inni, delle sequenze, delle espressioni artistiche, della *biblia pauperum*<sup>17</sup>, del dramma sacro, delle sempre piú numerose forme della pietà popolare... fino a quando nel XVI secolo il linguaggio e le espressioni della liturgia ufficiale saranno standardizzate con la riforma scaturita dal Concilio di Trento (1545-1563)<sup>18</sup>.

I quattro profili di donna sopra illustrati costituiscono anche una pagina educativa per leggere alla luce della tradizione numerosi testi presenti nei li-

<sup>17</sup> Cf. al riguardo H. PFEIFFER, *Biblia pauperum*, in M. Sodi - A. M. Triacca (curr.), *Dizionario di omiletica*, Torino - Bergamo 2013<sup>3</sup>, pp. 197-200 (con bibliografia).

<sup>18</sup> Per un accostamento dei libri liturgici tridentini cf. l'edizione anastatica delle sei opere nella collana Monumenta liturgica Concilii Tridentini, edita dalla Libreria editrice vaticana; per l'ultima edizione durante il pontificato di Pio XII e Giovanni XXIII si vedano i cinque tomi della collana Monumenta liturgica Piana, sempre della LEV: l'ultimo volume indicizza tutta l'opera liturgica tridentina (1568-1962).

bri liturgici odierni; piú che in passato, il linguaggio liturgico attuale considera con somma attenzione la realtà femminile<sup>19</sup>.

Un'ultima considerazione in questo ambito: ai testi sopra esaminati dovremmo unire quelli biblici propri dello specifico rito. I lezionari del tempo non sono giunti fino a noi; pertanto risulta evidente la constatazione che il linguaggio liturgico, pur provenendo sempre da ispirazione biblica<sup>20</sup>, predomina nell'insieme della celebrazione, rinviando ad un breve ascolto della proclamazione della Scrittura: ascolto compensato però dalla predicazione che — sull'onda lunga dell'esperienza dei Padri — costituirà il *locus* attraverso cui si garantirà la comprensione di quanto celebrato e insieme la formazione del popolo cristiano.

## V. CONCLUSIONE

In un interessante articolo apparso recentemente nel prestigioso periodico *La Civiltà cattolica* l'autore, trattando del « come fare storia al tempo della post-verità », scrive :

Nel corso dei secoli, da quando la Grecia e Roma hanno posto le basi della disciplina, la storia ha percorso un lungo cammino, nel quale ogni cultura ha redatto, strutturato e interpretato gli eventi del passato in narrazioni che le consentissero di comprendersi in quanto umanità. Gli avvenimenti e l'esperienza umana si possono interpretare in molti modi, almeno quanti ne propongono i paradigmi secondo cui è stato variamente scritto il resoconto storiografico [...]. Sin dai tempi antichi, risalendo a Omero e a Esiodo, notiamo come gli avvenimenti vengano letti a partire da una visione religiosa<sup>21</sup>.

La sottolineatura — ulteriormente sviluppata nell'insieme del contributo — costituisce un autentico invito, per chi si addentra nei meandri della storia, a saper considerare il dato che proviene dalla « visione religiosa » come elemento essenziale per una conoscenza piú completa del tema in questione. Come sopra evidenziato, la esemplificazione attorno alla figura femminile quale risulta da una delle variegiate fonti liturgiche, contribuisce a dare un quadro ancora piú completo.

L'accento posto sulla dignità della donna, considerata al centro della famiglia o quale presenza preziosa nell'articolato servizio richiesto da una comunità di fede, contribuisce a far comprendere l'attenzione rivolta al contesto

<sup>19</sup> Secondo la *Concordantia* nell'*editio typica tertia* del *Missale Romanum* (cf. sopra, n. 14) il termine 'mulier' appare 26 volte.

<sup>20</sup> Si veda ad esempio il testo della *benedictio* (nr. 1016) quando si fa riferimento all'esemplarità veterotestamentaria di Rachele, Rebecca e Sara.

<sup>21</sup> P. RODRÍGUEZ LOPEZ, *Come fare storia ai tempi della post-verità?* *La Civiltà cattolica* 172/4102, 15 maggio - 5 giugno 2021, pp. 332-346 (qui 335).

femminile e alle istituzioni che l'hanno riguardata. Lo specifico ambito, poi, della realtà familiare considerata alla luce della liturgia del sacramento, mentre fa comprendere, aiuta ad educare all'amore coniugale accolto e custodito quale garanzia di pace e di prosperità sia in ordine alla famiglia che alla società e alla stessa comunità ecclesiale. Il riflesso di queste considerazioni si potrà constatare nello sviluppo delle Istituzioni — giuridiche<sup>22</sup>, politiche e sociali — che agli inizi del secondo millennio cominceranno a trovare negli statuti dei comuni<sup>23</sup>, delle città, dei regni quelle normative che con successive evoluzioni giungeranno fino ai tempi moderni.

*Per philologiam*: il cammino che abbiamo intrapreso si è mosso a partire dall'ambito più specificamente filologico; l'esame dei termini e dei sintagmi ha voluto considerare un percorso per cogliere il vero contenuto di un linguaggio solitamente non valorizzato quando si delineano tracce di storia. L'accostamento di un tema da questo particolare versante permette di cogliere elementi specifici che contribuiscono a dare completezza a molteplici attese.

Riprendendo ancora un aspetto del pensiero appena sopra citato circa il 'fare storia' si legge ancora che «sotto l'impero romano, il passato si trasforma in strumento politico [...]: comincia qui quella specie di storia adattata ad arte che non ci ha più lasciato [...]. Il Rinascimento istituisce la centralità dell'uomo. Questo movimento fa sì che la storia sia rivolta alle azioni e ai condizionamenti umani ...». Il prosieguo dello studio documenta con dovizia di particolari quanto affermato. Per noi, in conclusione, quanto sopra ci invita a cogliere con maggior attenzione il dato che proviene anche dal linguaggio religioso-culturale quale si è sviluppato e codificato già nell'Alto Medioevo quale esito del tempo e dell'opera dei Padri e degli Scrittori ecclesiastici.

<sup>22</sup> Si pensi a quanto racchiuso nel *Decretum* di Graziano da Chiusi (sec. XI). Per un accostamento alla sua opera e agli studi che continuamente si sviluppano attorno alla sua figura si veda in particolare la collana *Studia Gratiana*, il cui 30° volume offre il punto di un lungo percorso: cf. M. SODI - F. REALI (edd.), *Gratianus Magister Decretorum: Il Decretum tra storia, attualità e prospettive di universalità* (*Studia Gratiana* 30), e Civitate Vaticana 2020, pp. 335 (con gli indici di tutte le pubblicazioni iniziate nel 1953).

<sup>23</sup> Sulla tutela delle donne si veda, ad esempio, quanto si legge negli statuti di Montepulciano (Siena), nel capitolo *De restitutione dotis facienda mulieri male tractate a viro*, dove risulta che nel caso del maltrattamento della moglie il marito doveva restituirla la dote. Cf. *Statuto del Comune di Montepulciano (1337)*, a cura di U. MORANDI, Firenze 1966, p. 139; per il testo italiano cf. G. CAPORALI, *Gli Statuti di Montepulciano 1337*, Montepulciano 1966, p. 97: «XLIII. Obbligo di restituire la dote a una donna trattata male dal marito».

NOVA ADDENDA CRITICA  
AD IOANNIS AVRELII AVGVRELLI *CHRYSOPOEIAN*

GIANLUCA FURNARI

I. DE INTERPRETANDI CONTROVERSIIS

Post longum veternum, quo in doctorum pluteis immerito sepulta delitebat, poetae Ariminensis Ioannis Aurelii Augurelli *Chrysopoeia* in lucem de novo prolata<sup>1</sup> multorum interpretum concursu revixisse videtur. Necdum — typis Simonis Luerensis anno 1515 expressa, cum laribus in oras Venetas Augurellus iam pridem translatis primo civitatis Patavinae, dein Tarvisinae munere auctus ibi versaretur<sup>2</sup> — sui auctoris consilium variaque rei ipsius aenigmata adeo reclusit, ut controversiis de se sublatis unum omnes idemque sentire coegerit. Nos quoque hoc carmen quid sibi vellet, super auri cultu heroicis contextum, non omnino compertum esse rati, novis freti testimoniis occultisque fontibus repertis, hac symbola ampliorem forsitan operis speciem patefieri posse confidimus.

Ad interpretum recentiorum scripta descensuris liceat summam carminis capitulatim afferre, quo pressius lector filum orationis exsequatur:

Prologus

vv. 1-79 Nuncupatio ad Leonem X pontificem

Liber primus

vv. 1-5 Propositio de arte aurifera

vv. 6-51 Invocatio ad Phoebum, Dianam, Mercurium, Venerem, Vulcanum

vv. 52-110 De metallis animantibus

vv. 111-195 Expositio ac confutatio rerum quae auri effectoribus obici solent

vv. 196-250 Fabula Lyncei

<sup>1</sup> SORANZO 2019.

<sup>2</sup> Natus Arimini annis quinquagesimis saeculi XV, per longum temporis spatium Augurellus degit in terra Veneta, ubi primo Patavii iuri incubuit, postea, Nicolao Franco Tarvisii episcopo favente, litteris colendis; Patavii praecipue aliquorum civium gratiam iniit, ex quibus fuit Bernardus Bembus: cum eo Florentiae annis 1474-1475 commoratus poeta sodalitatis vincula confirmaverat. Spectatus artis grammaticae magister, Platonis ac Ficini voluminum studiosus, pepigit praeter *Chrysopoeian* et *Geronticon librum*, qui est labor vergentis aetatis, *Elegiarum libellum*, *Iambos*, *Sermones*, *Carmina*. Amores ad regulam Petrarcae vernacula quoque lingua cecinit. Annis postremis ecclesiae cathedralis Tarvisinae canonicatum obtinebat. Transiit ad plures anno 1524. De Augurelli vita cf. praesertim AZZONI AVOGARO 1760; PAVANELLO 1905, pp. 1-40; WEISS 1962; SORANZO 2019, pp. 1-77.

- vv. 251-415 De metallorum origine
- vv. 416-495 De experimentis quibus aurum fieri posse comprobatur
- vv. 496-616 De lympharum generibus

#### Liber secundus

- vv. 1-183 De sordidis ac fatuis artificum laboribus
- vv. 183-248 De gemmis
- vv. 249-365 De prima materia invenienda: Glaura nymppha
- vv. 366-469 De artis magisterio: laudatio artium
- vv. 469-664 De itinerario hominis in veritatem

#### Liber tertius

- vv. 1-85 De moribus optimi artificis
- vv. 86-208 De sublimatione auri in pulverem comminuti
- vv. 209-278 De unionibus Indicis
- vv. 279-341 De artificum inventis
- vv. 342-502 De arcanorum revelatione: nigredo et albedo
- vv. 503-678 De temporibus respiciendis: rubedo
- vv. 679-697 De somniorum portis

E compluribus qui sui aciem iudicii in *Chrysopoeian* decenniis superioribus coniecerunt eos ad praesens omittamus, qui, vel ad genus carminis<sup>3</sup> vel ad ordinem argumentorum<sup>4</sup> vel ad fabulas metalliceque satus descriptionem<sup>5</sup> animum sigillatim intendentes, potiora poematis loca examinauerint. Duo modo enim inveniuntur qui totum carmen tractandum sibi susceperint, videlicet Swerus von Martels et Matthaeus Soranzo, quorum alter, quattuor symbolis de poemate vulgatis<sup>6</sup>, *Chrysopoeian* cum commentariis editurus operam — pro dolor — infectam reliquit<sup>7</sup>, alter vero post nonnullas de Augurello symbolas<sup>8</sup> volumen collectaneum<sup>9</sup> prelis tradidit, quo cum *Chrysopoeia* quattuor eiusdem carmina alchimica<sup>10</sup> eorumque commentarii leguntur.

Unum tamen ad institutum spectantes, ii diversa opus methodo decurrisse, nedum bifariam intellexisse videntur. Nam, magna sui studii parte *Chrysopoeiae* figuris allegoricis impertita, von Martels quaesit quam vim in Augu-

<sup>3</sup> Cf. saltem KAHN 2010-2011.

<sup>4</sup> Cf. HASKELL 1997; GREINER 2000.

<sup>5</sup> Cf. saltem MATTON 1993, ibique de Augurello inspicias, sis, pp. 164-166, 172 sq.; MATTON 1995, pp. 289-345; PERIFANO 2000; HIRAI 2005.

<sup>6</sup> VON MARTELS 1993, 1994, 1999 et 2000.

<sup>7</sup> Huius operis adumbratio a von Martels, cui ingentes gratias agimus, aliquot abhinc annis nobiscum humanissime communicata est.

<sup>8</sup> SORANZO 2015; SORANZO 2017; quibus accedunt SORANZO 2022 et HENRY - SORANZO 2022.

<sup>9</sup> Cf. n. 1.

<sup>10</sup> AVGVRELLVS, *carm.* II 12 (*Ad Marsilium Ficinum Florentinum in livorem*); *iamb.* I 5 (*Ad Vincentium Quirinum patricium Venetum Vellus Aureum*); *serm.* II 11 (*Alberto Vonico, Tarvisino Equiti et Iureconsulto χρυσοπλοία*); *Geront.* 6 (*Ad Antonium Vonicam Tarvisinum*).



rellum ii habuissent auctores, qui novi generis interpretandi fundamenta iecerant, arbitantes poetarum simulacris praecepta moralia subesse: ex iis Macrobius antiquitus, Marsilius Ficinus et Cristophorus Landinus, qui ad Dantem in *Comoediae* commentariis et ad Vergilium in *Disputationibus Camaldulensibus* hanc interpretandi rationem aptaverat, saeculo XV innotuerant. Neque ideo unum legentibus continuatumque iter Augurellum sub specie allegorica proposuisse contendit, quo ad altiora librorum progressu ducerentur, sed aliquas *Chrysopoeiae* fabulas moralibus inspersisse, Vergiliique *Georgica* imitatum Landini fixisse vestigia. Coeperat praeterea von Martels voluminum de rebus alchimicis inde a saeculo XV manu scriptorum indicem componere<sup>11</sup>, quod negotium carminis fontes inquisituris valde profuit, si ad calcem perductum esset. Sic igitur von Martels *Chrysopoeian* intellegit, ut carmen didascalicum, cuius in versibus hinc ab alchimistarum monumentis suam hauriens materiam, hinc maxime a Vergilio et ab eius commentatoribus, numquid ope artis alchimicae vere proficiatur poeta disputaverit<sup>12</sup>.

Soranzo econtra fontes alchimicos maiore cura sectatus quam aut vetustatis exempla aut vincula necessitudinis, cum ceteris humanitatis restitutoribus ab Augurello conserta, *Chrysopoeian* opus alchimicum de lapide philosophico esse voluit, quod in tractatibus alchimicis mediae aetatis suas radices ageret<sup>13</sup>. Itaque carmina e diversis Augurelli operibus excerpta in unum volumen coegit, cuius titulo «Chrysopoeia et alia carmina alchimica»<sup>14</sup> subscribitur.

Ducet fortasse, quisquis talia sub unum conspectum subiecerit, naturam *Chrysopoeiae* — ut ita dicam — integre ac singulariter alchimicam esse, eamque plura cum operibus falsorum Geberis et Raimundi Lulli quam cum ipso Augurello communia habere; prave, ut mea fert opinio: nam erit poema uti flos e stipite abscissus, id si, qua mente Augurelli *Elegiarum libellus*, *Carmina* et *Geronticon liber* informantur, ab ea unguem latum desciscere putemus. Redundat sane totum carmen sententiis alchimistarum, quorum fama, manu scriptorum copia increbrescente, tum vulgo augebatur, arcanisque imaginibus aliqua ex parte convestitur. Verum nobis non patet, nec iam ad exitum haec venit quaestio, quid *Chrysopoeia* tractatibus alchimicis reapse debeat, quive locus poetae in annalibus huius doctrinae tribuendum sit, quove animi impulsu ille qui optimi cuiusque vatis, philosophi, grammatici operibus animum excolens nihil nisi carmina, eaque quidem elegantissimis referta veterumque rationi accommodata illuc usque et Latine et Italice fundere studuisset, ad «auriferam secretae Palladis artem»<sup>15</sup> se protinus devoverit. Cavendum est

<sup>11</sup> Hic eadem in silva continetur, de qua ad n. 7.

<sup>12</sup> Cf. VON MARTELS 1999, p. 75: «didactic poem about the reality of alchemy».

<sup>13</sup> Cf. SORANZO 2019, p. 61: «grounded in a solid knowledge of Late Medieval treatises».

<sup>14</sup> Cf. n. 1.

<sup>15</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 1.

scilicet, ne quibus studiis Augurellus obsecutus sit, cuius a disciplina profectus, quorum libris diu eruditus obviscentes, inventione argumentorum superficitenus explorata, poema illico ad alchimiae provinciam vindicemus, cuius scriptor, *Georgica* primum imitatus, ut in eo carmine « quae supra pullulant felicissime » celebrata erant, ita in suo « quae sub terra gignuntur »<sup>16</sup> numeris mandare instituit.

Testimoniis igitur confisi, quaeramus iterum quo Augurellus alchimiae usu vere imbutus sit: res haud parvi quidem momenti, cum ipsum carminis argumentum ponere cupiamus. Aliqua sunt enim cum in eius vita, tum in operibus meo iudicio aut parum examinata aut prorsus neglecta, quae maiore diligentia perpendi oporteat.

## II. DE TESTIMONIIS QUIBUSDAM NEGLECTIS

Exordiamur a neglectis, quo poeta quantam alchimiae experientiam habuerit melius cogamus, ea scilicet carmina praetereuntes quae Soranzo tractavit, idque obiter unum de eius editione in controversiam vocantes, quod ille Augurelli *car.* II 12 (*Ad Marsilium Ficinum, in livorem*) in alchimis annumeravit: haud enim video cur aut carmen allegoricum Ficini redolens praecepta ad alchimica potius quam ad philosopha referatur, aut omnia cetera, quae apud Augurellum nonnulla sunt sive allegorica seu Platonica<sup>17</sup>, alio ordine atque alchimica digerantur. Numquis *Chrysopoeiae* lector terminis tam certis alchimiam et philosophiam seiunget? Curnam sic, vel qua obrussa, discernenda erunt quae non modo in poemate, sed in universis Augurelli operibus inter se conspirare et ad unum tendere videntur?

Ceterum aliud est carmen quod ab omnibus criticis iniquo praetervectum silentio<sup>18</sup> vere alchimicum haberi possit, id est *car.* II 3 ad Nicolaum Scholam, Patavinum procerem alioqui incelebrem, aedibus ac praediis divitem, callidum negotiorum, litterarum ac litteratorum amicissimum, cuius levir Nicolaus Francus, Tarvisii praesul, poetam postmodo sibi beneficiis devincturus erat. Non satis enim animadverterunt litterati quanta apud Augurellum auctoritate Scholarum familia polluerit, ex eo quo in Patavinorum coetum receptus — annum ignoramus — poeta Ioannem Antonium, Nicolai nepo-

<sup>16</sup> AVGVRELLVS, *iamb.* II 31, tit.

<sup>17</sup> Florentiae Augurellus Ficinum visitavit, qui hunc conventum testatur in *Epistolarum libri*, p. 651 = SANCIPRIANO 1983, p. 681. Huius philosophi nomen eiusque disciplina, quam tunc temporis Florentini cives eximia laude ornabant et Veneti proceres in suam quoque regionem rettulerant, iam inde ab *eleg.* 9 saepe apud Augurellum recursant. Loquor e. g. de AVGVRELLVS, *car.* I 13 et II 18, de *iamb.* I 1 et II 30.

<sup>18</sup> Cf. AZZONI AVOGARO 1760, p. 170; PAVANELLO 1905, pp. 113 sq.; SORANZO 2019, p. 31, ubi de familia Schola agitur; nemo eorum tamen huius carminis interpretationem adgressus est.

tem, educandum suscepit, nec quam magnam artis alchimicae notitiam a doctis huius familiae poeta contraxerit.

*Carm.* II 3 compositum est ante annum 1491, cum in editione Veronensi Augurellus exigua nominis mutatione «Nicolaum Boniacobum Scholam» adloquebatur<sup>19</sup>, idemque legitur in ms. PD b 414 apud Bibliothecam Correr asservato<sup>20</sup> et in Aldi editione. Id totum relegamus: remotis enim ambagibus verborum quibus operitur novum testimonium revelabitur illius commercii, quod cum arte alchimica eo tempore in officinis Venetis vere exercita poeta habuerit:

CONATVR NICOLAVM SCHOLAM PATAVINVM

ABSENTEM ET ALIAS RES AGENTEM

DOMVM AC AD DISCIPLINAS QUAS CALLET REDVCERE.

Saepius de te querimur, quod absis,  
et diu cesses, Schola, vix ut ultra  
iam tui desyderium morantis  
ferre queamus.

Hic locus nam quid iuvat, et quid his te 5  
rebus indignis animum fatigas,  
altius quo non alius profundum  
aethera posset

scandere et cunctos nitidi subire  
orbis amfractus vagus et liquentum 10  
ignium solers penitus latentis  
quaerere causas?

Nec magis quisquam potis esset, oris  
spiritu grato graviter referre,  
quaeque perpendis pariterque magno 15  
pectore promis,

sive terrarum pelagique longos  
ambitus tecum studio recenses,  
sive metiri numero carentis  
pergis harenas. 20

Sordidis ergo cupidisque rerum,  
quique victuri satagunt et ullo  
vivere ex voto nequent beati,  
ista relinque.

<sup>19</sup> *Ad illustrissimum principem Pandulfum Malatestam Arimini dominum Ioannis Aurelii Augurelli Ariminensis Carminum Liber primus*, Veronae 1491, ff. 6<sup>v</sup>-7<sup>r</sup>.

<sup>20</sup> Venetiis, Bibliotheca Correr, PD b 414, ff. 5bis<sup>r</sup>-6<sup>r</sup>.

Nam satis quondam puero benigne,  
 et manu larga superi dederunt,  
 unde, quo posses sapienter uti,  
 esset abunde. 25

Adde quod tempus placidae quietis  
 instat ac istis inimica curis 30  
 anxiis aetas properata serum  
 vergit in aevum.

Quin tibi cursu propiore tandem  
 aureae portus petitur salutis,  
 laetus ut hoc, quod superest, secundo 35  
 tempore vivas?<sup>21</sup>

Hisce verbis Augurellus Nicolaum reprehendit, quod extra urbem tamdiu moretur (cf. vv. 1-4), rebus «indignis» (v. 6), «sordidis», «cupidis» (v. 21) omnino deditus, naturalis immemor doctrinae, qua ceteros antecellit, nativis dotibus haud contentus, nec iam «auream» appetens «salutem» (v. 34). Quid haec reprehensio significat? Consueveratne forsitan Nicolaus ille officinam in collibus Euganeis semotam<sup>22</sup> semel atque iterum adire, ut auri cupidus metallis coquendis operam navaret? Cum res ita se habere existimem, nihil miror artis regiae exercitium Ioanni Antonio Scholae, eius nepoti, hereditate obvenisse: discimus enim ex primo libro *Chrysopoeiae* Ioannem Antonium quaedam experimenta cepisse, ut argentum e crustis vinalibus educeret, eiusque Augurellum aliorumque huius generis pericula suis oculis testatum esse. Haec tamen omnia poeta verbis leviter attingit<sup>23</sup>, ne ars «sordentis vulgi vilescat in usus»<sup>24</sup>, neu ratio «ulli quae sunt caelanda revelet»<sup>25</sup>.

Illud quoque scire nostra refert, Augurelli iuvenis adhuc Pataviique vitam degentis iudicio virtutem Nicolai huius artis paupertate imminui posse. Determinat enim hoc in carmine poeta a fatuis occupationibus causarum inquisitionem, id est, ut verbis alchimicis utamur, «theoricam» a «practicam» seponit, alteram probans, culpans alteram, non quod impii sit alchimistarum arcanis animum intendere, sed quod ignobilis, cupidi frustra que laborantis tempus ante furnos contereret. «Aurea» vero relationis gratia dicitur ea salus, quae a divini artificii consideratione profecta animum una facit beatum: nam

<sup>21</sup> Hoc ex volumine ab Aldo Romano Venetiis excuso translatis modo interrogationis signis deprompsi.

<sup>22</sup> Cf. PAVANELLO 1905, p. 114, qui sedem officinae Ioannis Antonii Scholae ibi exstittisse coniecit ex AVGVRELLVS, *chrys.* I 446 «Has meus Euganeae gentis Schola tum decus».

<sup>23</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* I 444-459.

<sup>24</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* I 469.

<sup>25</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* I 470.

aliud est ad alchimiā cupiditatis stimulis impelli<sup>26</sup>, aliud velle «intima ... ingentum penitus primordia rerum / noscere»<sup>27</sup>.

Diffidendum est igitur Paulo Iovio inter alchimistas, angustiore huius verbi sensu, Augurellum statuenti, cuius sic traditur fabula:

Novissime ridendus ille morbus certae egestatis, et cassi laboris comes, curiosis ingeniis familiaris, totum homunculum [ *scil.* Augurellum ] occupavit, metalla et succos in abditis fornacibus recoquentem, ut ex argento vivo concretum, et ductile argentum ad cudendam monetam efficeret, et admirabilem abditarum naturae rerum massam conflando, purum inde aurum crearetur<sup>28</sup>.

Noveramus iam Iovii opinionem, sed aliud est testimonium hucusque neglectum de consuetudine poetae artem alchimicā exercentis; dubium quidem testimonium, sed utile, quod non monstret Augurelli sententiam de periculis auri faciendi, verum rumores malignos de eo iam aliis ab auctoribus coaevis partim vulgatos: sunt enim qui contendant, cum esset *Chrysopoeia* Leoni X nuncupata, poetae donum serico marsupio a pontifice ludibrose repensum, quo pecunia ex alchimiae forte opibus collecta asservaretur. Hoc munere Leo X alchimiā poetamque tempus tam pusillis rebus perdentem, ut credunt, ludere voluit. Talia cum ab Augurelli vitae scriptoribus<sup>29</sup>, tum etiam ab historicis<sup>30</sup> et alchimiae peritis<sup>31</sup> per saecula iterabantur, neque ulla alia de causa, quod infelicus est, poetae fama ab eorum aliquot celebrabatur. Hanc fabulam Ioannes Maria Mazzuchelli in Frobenii volumine anno 1518 Basileae expresso ignota manu descriptam legerat<sup>32</sup>; Raimbaldus Azzoni, infitatus eam quicquam veri continuisse, Augurellum pro carmine non deficienti crumina, sed canonicatu Tarvisino a Leone honestatum esse memorat; Augustus autem Serena a Ioanne Bonifaccio<sup>33</sup>, rerum scriptore, eam primum receptam dicit<sup>34</sup>; Swerus von Martels, tota re subtiliter indagata, nullum fabulae vestigium ante Bonifacii *Historiam Tarvisinam* hucusque invenit, itemque Soranzo, qui Mazzuchelli argumenta sequitur<sup>35</sup>.

Haec iam, ut diximus, partim comperta erant. Latuit vero interpretes maximum omnium testimonium huius fabulae, quod reperitur in praefatione ad *Pretiosam Margaritam Novellam* Petri Boni, alchimistae Ferrariensis,

<sup>26</sup> Cf. AVGVRELLVS, *chrys.* II 145-152.

<sup>27</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 655 sq.

<sup>28</sup> IOVIVS 1577, p. 130.

<sup>29</sup> Cf. praesertim AZZONI AVOGARO 1760, pp. 216-217; PAVANELLO 1905, pp. 33-36.

<sup>30</sup> BURCKHARDT 1994, p. 398.

<sup>31</sup> Cf. ex aliis CANSELLET 1996, p. 21; HUTIN 2018, pp. 187 sq.

<sup>32</sup> MAZZUCHELLI 1753, pp. 1252 sq. n. 18.

<sup>33</sup> BONIFACCIO 1591, p. 658.

<sup>34</sup> SERENA 1912, pp. 199 sq.

<sup>35</sup> SORANZO 2019, p. 67 n. 157.

anno 1546 ex aedibus Aldi, iamdudum tunc vita defuncti, una cum aliorum alchimarum operibus collectaneis publici iuri factam. Huic enim Petri Boni operi dialogus commenticius inter Ianum Lacinium editorem et Petrum Bonum antepositus, Augurelli sententiis contextus, quo de marsupio serico sic agitur:

Bovs. Ita pensitavit Aurelius Augurellus, cum suam *Chrysopoeiam* Leoni decimo pontifici maximo dicavit, ab eo (munifico quidem ac liberali) aliquod ingens munus expectans; at is Augurello ex viridi serico marsupium dono dedit: qui color spem vulgo futuram indicat.

LACINIVS. Perbelle sciteque fecit pontifex. Nam si philosophorum lapidem fecerat Augurellus, alienis non indigebat opibus, quando ipse omnium esset ditissimus<sup>36</sup>.

At quid novi fabulae, quae de *Chrysopoeia* ac de marsupio serico alibi quoque traditur, hoc excerptum adicit? Id ut emineat, necesse est verba Ianii Lacinii intra reliquum dialogi introductorii contextum legantur. Nam, ubi de marsupio narratur, Augurelli fabula instar exempli inducitur, quo Lacinius poetarum mercedem captantium cupiditatem vituperat: nam eo proposito poeta semetipsum pontificis tutelae suumque carmen commendavisse dicitur, ut obtrectatores tam illustre nomen veriti sibi parcerent; nequiquam tamen, quod nullius Zoili latratus, ut Bonus inquit in eodem dialogo, praesidio magnorum virorum coerceri solet. Id praeterea Leonis marsupium nos forsitan docet, sectatores artis auriferae in «immoderatam habendi cupiditatem»<sup>37</sup> saepe illabi, quod vitium superius a Lacinio improbat. Cetera praefatio in artificum sanctitate versatur, ibique Lacinius ut omnem ab iis impietatis suspensionem deflectere, ita opinionem illam vulgi inveteratam refutare nititur, «quod non deceat scilicet religiosos scientiam hanc divinam scire, nec similiter illam exercere»<sup>38</sup>.

Sitne verax necne tam iucunda fabula in contentione ponitur: ea probat autem a disciplina pontificali, doctorum duntaxat arbitrato, *Chrysopoeiae* argumentum quodammodo discrepasse. Quid tamen de hac re sensit Augurellus? Metuitne unquam ne a vera fide aversus, dum alchimicae doctrinae acer in planos defensor invehitur, culpam ipse contraheret? Ita forsitan, nec tamen — ut opinor — ob praecepta alchimica, quibus eleganti ac lusorio paene carmine inclusis usum artis tradere neque cupiit nec vere potuit; sed potius, ut in paginis insequentibus argumentabimur, ob indolem paganam ac Platonicam, quae sub carmine cernitur, quaeque deorum fabulis iubet argumenta philosopha occultari. Solebat enim aurifex aut speciem magi gerere, qui

<sup>36</sup> LACINIVS 1546, f. V<sup>v</sup>.

<sup>37</sup> LACINIVS 1546, f. III<sup>f</sup>.

<sup>38</sup> LACINIVS 1546, f. VII<sup>f</sup>.

quantum esset sordium cinerosus confunderet, aut gravioris philosophi, qualis quidem Augurello apparuit, cum, fide Platonica atque Christiana libris alchimicis corroborata, prophetas ac gentilium vates vera pariter locutos esse existimans, universalis quasi theologiae, quae vel Christum aetate praecurreret paganaque numina comprehenderet, arcana fundamenta exsequeretur. Hac una de causa poeta in *chrys.* prol. 30-36 sese expurgare, hunc modo scrupulum ex animo avellere conatur, neu forte vexilla antiquae religionis videatur arripere :

Quam si forte legens, interdum nomina divum 30  
 offendes, quos vana olim coluisse vetustas  
 dicitur; extemplo haud renuas, sacra optima quanquam  
 exerce veramque fidem cultumque tueris.  
 Illa etenim tanquam priscis consueta vocari  
 vatibus, enixe quos tunc imitabar, adivi 35  
 supplex et paribus curis in vota vocavi.

Itaque *Chrysopoeian* eodem volumine pervulgans ac senilia carmina, quae sunt de rebus sacris, gentilium impietatem verae fidei pignore revincit corrigitque. Hoc vero quid significet, Augurelli opus indole pagana atque Platonica penitus inflatum, vel haec unde ad poetam doctrina demanaverit, e carminis fontibus quaerendum est.

### III. DE *CHRYSOPOEIAE* FONTIBUS

Ad fontes denique ascendentibus ignoscant nobis lectores quotienscumque rebus iam probe notis, priusquam ad opus redeatur, absolutionis causa immorabimur.

Legerat Augurellus procul dubio, diligenter immo pellegerat libros Alberti Magni *De mineralibus*, quod ut passim suspicamur, ita indiciis fere certis ex secundo *Chrysopoeiae* libro colligimus, cum de gemmis verba fiant<sup>39</sup>.

Noverat praeterea et falsum Geberem, cuius *Summa perfectionis magisterii* in *chrys.* I 111-195 nonnihil inflare videtur, ubi argumenta aurificibus saepius obiecta exponuntur ac reiciuntur<sup>40</sup>, eiusque qui « arcanae naturae occulta reclusit / saepius, et grates diis immortalibus egit »<sup>41</sup> paulo inferius inicitur mentio.

<sup>39</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 183-248, qui versus pendent e libro secundo tractatus *De mineralibus*; ipsi Alberto enchiridion quoddam adsignatur, inscriptum *Libellus de alchimia*, de optimi alchimistae moribus; hos Augurellus in *chrys.* III 1-85 similiter praecipit.

<sup>40</sup> Sed locus hic communis etiam reperitur in Petri Boni *Pretiosa Margarita Novella*, opere *Chrysopoeiae* magis proximo.

<sup>41</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* I 583 sq.

Eodem in loco Raimundus Lullus laudibus cumulatur, quippe qui medicamine salutifero seu 'elixire' apparato sibi viam discipulisque ad virtutem munerit<sup>42</sup>. Indicia tamen aegre mihi suppetere videntur, ut quae opera Lulli nomine tunc tradita Augurellus in manus sibi sumpserit, quaeve integra pellegerit, quaeve capitulatim modo explicaverit coniciamus: adeo parum ad coniecturas firmandas aut valent sententiae, quae in proverbium iam evaserant<sup>43</sup>, aut elixiris compositio aut tres Magni Operis vices et colorum series aut ipsa morborum medela, quae in *Testamento*, in *Codicillo*, in *Libro de secretis*, ut notissima modo falsi Lulli opera exemplum afferam<sup>44</sup>, dissono perquam a *Chrysopoeia* stilo tractantur, quaeque plurimi huius doctrinae periti dicitaverant. Nisi quid forsitan gravius ex Lulli operibus poeta adhiberit, scilicet intentionem philosopham, qua longi artificis labores ad medicamen conficiendum, sapientium aenigmatis obvoluti<sup>45</sup>, idem significare possunt atque virtutis exercitatio. «Breviter, — ut scripserat Lullus — si tu habeas hanc medicinam, in hoc mundo habebis thesaurum incomparabilem perdurabilem»<sup>46</sup>. At haec quoque media aetate alii multi professi erant.

Est falsus insuper Arnaldus Villanovanus, auctor Ficino gratissimus<sup>47</sup>, cuius librum *De secretis naturae Ariminensis* monita nonnunquam in memoriam redigunt<sup>48</sup>; necnon Ioannes de Rupescissa, cuius vaticinia de futuro Antichristi adventu, *Libro de consideratione quintae essentiae* interposita, sub *Chrysopoeiae* locis, ubi recentes Italiae tumultus deplorantur<sup>49</sup>, quispiam latere crediderit.

Unus tamen, quem vix num Augurellus legerit addubitari potest, ille est Petrus Bonus, cuius *Pretiosam Margaritam novellam* prelis anno 1546 traditam poetam in manu scriptis repperisse divinamus: nullus hoc ad intelligendam *Chrysopoeian* scriptor utilior, qui ut alchimiam cum mysteriis Christianis Deique Trinitate arto ligamine conexuerit, methodumque allegorice inter-

<sup>42</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* I 553-571.

<sup>43</sup> E. g. «Mare tingerem, si mercurius esset», de quo cf. AVGVRELLVS, *chrys.* III 671-678.

<sup>44</sup> De Lulli itinere et commoratione Mediolanensi Augurellus fortasse a nonnullis exemplaribus *Testamenti* et *Libri Mercuriorum* didicit, cuius unum serius novi testimonium, id est BIRCKMANNVS 1567, p. 119 (cap. XL); de hac re cf. etiam PEREIRA 1989, p. 3, et SORANZO 2019, p. 181 n. ad vv. 536-567.

<sup>45</sup> Cf. AVGVRELLVS, *chrys.* I 563-656.

<sup>46</sup> PS. LVLLVS, *Testamentum* I 13 (PEREIRA - SPAGGIARI 1999, p. 48).

<sup>47</sup> Cf. e. g. M. FICINVS, *Epistolarum libri*, p. 900 = SANCIPRIANO 1983, p. 930, ad Ioannem Picum Mirandulanum: «Quo die hinc abisti, libellum de Vita coelitus comparanda peregi; pridie vero opportune incideram in quendam Arnaldi librum de retardanda senectute, diu a nobis opatum, sed scribarum vitio, lectu difficilem, difficillimum intellectu».

<sup>48</sup> Cf. AVGVRELLVS, *chrys.* II 98-100, ubi ex mandato falsi Arnaldi artifex excrementa viventium contrectare prohibetur; videantur e. g. *Liber perfecti magisterii*, p. 128 ed. ZETZNER 1602, et *Liber de secretis naturae* 4 sq. (CALVET 1997-1999, pp. 186-193).

<sup>49</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 598-664.



pretandi ad Vergilium atque Ovidium aliosque veteres poetas ac philosophos transtulerit, ita ceu Ficinus postea et Augurellus ipse spiritum inter corpus et animam copulae vice fungi contenderit, metaphorisque e germinatione plantarum hominumque procreatione eductis, utcumque in lapide philosophico describendo illaborasset, saepiuscule usus sit. Adde quod, non secus ac Geber Latinus in primo *Summae magisterii* capite, Petrus Bonus in priore sui tractatus parte artis auriferae facultatem patrocinator, eandemque poeta noster in *chrys.* I 111-195; unde opus utrumque interpres capere potest, quo verbis iuncturisque collatis Augurelli proprium artificium intueatur.

Hisce de scriptoribus magis acriter Soranzo argumentatus est, quam ut hic prae commentarii terminis nobis liceat. Id detur autem rogandi venia: quatenus praeter Alberti et Boni lectionem, eorumque incerti nominis scriptorum, a quibus cum Geberis et Lulli fama, tum etiam Magni Operis rudimenta ad Augurellum devenerant, quatenus, inquam, poetam arti regiae interfuisse dicere possumus? Estne *Chrysopoeia* carmen alchimicum? Ubinam denique eius sensus quaeratur?

Lustremus Augurelli bibliothecam, qualem in regestis paulo postquam ille e vita migraverat descriptam legimus<sup>50</sup>: constipantur in loculis cum lexicis Graecis volumina Sacrae Scripturae, Homeri, Aesopi, Theognidis, Theocriti, Ciceronis, Sallustii, Horatii, Livii, Ovidii, Quintiliani, Luciani, Dionysii Aeropagatae (aut falsi Dionysii), Simplicii, Thomae Aquinatis, Petrarcae, Ioannis de Dondis, Theodori Gazae, Petri Bembi. Unum excipiamus, cuius *Aurorae* titulus suspicionem inicit, an forte sit exemplar falsi Thomae Aquinatis *Aurorae consurgentis*, alii vero de alchimia libri deprehenduntur nulli. Quorum ex inopia temere prius argumentum capiet interpres, quam duodecim ante annis postremam *Chrysopoeiae* manum accessisse reputaverit, alchimistarumque opera vel ea miscellanea, quae per aedes doctorum saeculo XV perferebantur, poeta alibi nancisci potuisse (unde tamen, vel quot istiusmodi codices legendos sumpserit, nescitur); ast efficit hic index librorum, ut a coniecturis nimis longe petitis abstinentes seu per litteras antiquiores seu per philosophiam et «dogma Platonis»<sup>51</sup> Augurellum ad artem auriferam pervenisse assequamur: ablata scilicet Vergilii et Ficini fultura, ipsum carmen ex integro fatiscet.

Haec enim totius est carminis medulla: sunt qui «agriculturam caeles-

<sup>50</sup> De hac re cf. FANTATO 2001, pp. 65-88.

<sup>51</sup> Nimirum Hieronymus Bononius in quinto *Promiscuorum* amicis adhortatus erat ne chartis Socraticis occupatus Musas repudiaret: cf. Venetiis, Bibliotheca Correr, ms. Cicogna 2664, f. 68<sup>v</sup>, vv. 1 sq. «Paulisper sepone tui grave dogma Platonis / transfuga, et ad Phoebum Pieridasque redi». Optimus omnium Tarvisinorum Augurelli sodalium, Bononius poeta Latinus lapidumque inscriptorum Romanorum sedulus repertor ac collector, epigraphiae, orthographiae et metricae peritissimus, priscorum scriptorum Pliniique ex aliis haud mediocri restitutor evasit. De eius vita cf. CESERANI 1969.

tem»<sup>52</sup> alchimiā vocaverint; super hac comparatione poetae opus comminiscenti quomodo Vergilius pariter exprimi posset in tribus *De vita* libris Ficinus monstraverat, unde varias Augurellum notiones mutuatum esse Silvana Matton edocuit<sup>53</sup>, unam vero praecipue: vitam dico metallorum animantium atque incrementum<sup>54</sup>, quod ab artifice colendo metalla efficeretur. Ex auro igitur Augurellus praevalidum semen extrahendum putabat, quo expeditus lenique fatus calore tamquam planta in uberes fruges ac divites spiritus egredieretur. Notio vero seminis e mole terrena eliciendi clavem praestat, qua *Chrysopoeia* intentio reseretur<sup>55</sup>. Auri enim cultus, non Geberis ars est proprium *Chrysopoeiae* argumentum: nihil non sapit illud in carmine metallum<sup>56</sup>, cuius color et a Ficino et a poetis, idemque pluries a pictoribus, ad sidera elatus erat.

Sed, ut iam alios, nostrum quoque poetam Vergilii *Georgica* ad certamen provocabant. Idcirco poema illud ad exemplum operum alchimicorum detorquens seu versa vice alchimistarum opera ad *Georgica*, novam destruendi rationem restaurandique commentus, Augurellus Vergilii locos ad imitationem aptiores ita inflexit ac concinnavit, ut quae in *Georgicis* ad vitam agrestem pertinuissent in figuras alchimicas converterentur<sup>57</sup>. Ideo ut ibi aratrum, ita in *Chrysopoeia* instrumentum circulatorium describitur<sup>58</sup>; ut ibi agricolis, hic Magnum Opus inchoantibus tempus vernale commendatur<sup>59</sup>; ut ex quarto *Georgicon* de apum moribus, ita ex tertio *Chrysopoeiae* de moribus unionum discimus<sup>60</sup>; ut denique Vergilius plantarum semina terrae committere, lymphaeque adspergine irrorare iubet, ita Augurellus auriferum semen calefacere longisque laboribus tueri, et ita porro<sup>61</sup>.

Extulitne Vergilius sui carminis stilum quo molimenta agricularum ex humilibus sublimiora redderentur? Id Augurellus etiam agit, cui alchimiā defendere visum est quoad digna Platoniorum gravitate, ceterumque uti sordidam, indecoram, ab hominum consortio alienam frustra super tricis laborantem repellere:

Quaeque sibi vertit faber argentarius usu,  
sordidiusque aliae quicquid fabrilibus artes

135

<sup>52</sup> Cf. HUTIN 2018, p. 85.

<sup>53</sup> Cf. n. 5.

<sup>54</sup> Cf. AVGVRELLVS, *chrys.* I 69-105.

<sup>55</sup> Haec quam Stoici, Platonici et Hermetici communem habuerunt doctrinam in Lullum quoque et Petrum Bonum aliquatenus invaluit; cf. etiam HIRAI 2005, pp. 53-56.

<sup>56</sup> Cf. e. g. Glaurae antri descriptionem in AVGVRELLVS, *chrys.* II 275-278.

<sup>57</sup> De Vergilii imitatione cf. AVGVRELLVS, *iamb.* II 31.

<sup>58</sup> Cf. VERG. *georg.* I 169-175; AVGVRELLVS, *chrys.* II 65-74.

<sup>59</sup> Cf. VERG. *georg.* II 323 sq.; AVGVRELLVS, *chrys.* III 599-608.

<sup>60</sup> Cf. VERG. *georg.* IV 51-102; AVGVRELLVS, *chrys.* III 209-278.

<sup>61</sup> Cf. etiam n. 89.

exercent curis, nostri arripuere, suisque  
 insani ascivere laboribus, atque ita semper  
 sulphur olent, semper faciem fuligine tincti  
 horrendas atra simulant ab imagine larvas.  
 Nec miseram magis affirmes veraciter ullam  
 artem aliam, quam quae externis Alchimia verbis  
 dicitur, obscurisque tegens ambagibus errat  
 avia per, miserosque trahit per iniqua sequentes;  
 ac tandem eiectos in caeca barathra relinquit<sup>62</sup>.

Adnitenti ad tam ieiunam ac lutulentam doctrinam sub Vergilii numine reformandam Augurello alchimarum forsitan sententiae succurrebant, ut illud Alberti Magni de suae orationis claritate gloriantis ceterosque insectantis: « plurimos inspexi libros alchimicos, et inveni libros illos absque sigillo et probatione, tantum expertis inniti et celare intentionem eorum per verba metaphorica, quae nunquam fuit consuetudo philosophiae »<sup>63</sup>; aut Petri Boni, cum se « antiquorum sententias occultas ex verbis barbaris elicere »<sup>64</sup> velle profiteretur. Quod praeterea rudis substantiae apud alchimistas, hoc apud Augurellum et elocutionis: « de grosso fac simplum, de ponderoso leve, asperum mollifica et amarum dulcifica »<sup>65</sup>. Non elucescit verum, nisi sermo purgetur: itaque opus est, quo melius sapientium magisterium intelligatur, tradita castigare, corrigere, perpolire, sive etiam « detergere sordes / et liquida ablutas aspergine ferre nitentis / ante oculos »<sup>66</sup>.

Praebeat Mantuanus ansas ad versificandum, rem ipsam Platonici et alchimistae. Neque hac de causa, dum *Georgica* imitatus Ficinum complectitur, ritum animantis mundum vivere autumat<sup>67</sup>, Augurellus magis alchimiae peritus fiebat, quam agri culturae Pontanus, quia libros pangebatur *De hortis Hesperidum*. Illud autem philosophiae doctrinae contumacisque rationis lumen, quo puritatis linguae defensor ipse Bembique praeceptor in rem grammaticam transtulerat, quoque in *Elegiarum libello* allegoricum Xandri Botticelli vexillum interpretatus erat<sup>68</sup>, in *Sermonibus* verba ac mores secum repugnantes, in *Iambis* ineptos fabularum commentatores obiurgaverat<sup>69</sup>, ipsum *Chrysopoeiae* consilium omnesque eius figuras permeat ac collustrat.

<sup>62</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 134-144.

<sup>63</sup> ALBERTVS MAGNVS, *De mineralibus* III 1, 7 (BORGNET 1890, p. 68).

<sup>64</sup> P. BONVS, *Pretiosa Margarita novella*, p. 46 ed. MANGETVS 1702.

<sup>65</sup> PS. LVLLVS, *Testamentum* I 25 (PEREIRA - SPAGGIARI 1999, p. 76).

<sup>66</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* III 67-69.

<sup>67</sup> Cf. AVGVRELLVS, *chrys.* I 85-88; hoc abs re duxerat esse Albertus Magnus: cf. OBRIST 1982, pp. 21-33.

<sup>68</sup> Cf. praesertim AVGVRELLVS, *eleg.* 17, 9 sq., ubi Augurellus audaciorum interpretum turbam irridere videtur.

<sup>69</sup> Cf. AVGVRELLVS, *iamb.* I 5, 32-52.

IV. DE *CHRYSOPOEIAE* FIGURIS ALLEGORICIS

Eadem indoles Platonica, quae ex Ficini et Landini operibus in Augurellum influxerat, ibi quoque aperte deprehenditur, ubi *Chrysopoetiae* textus figuris allegoricis exornatur. Licet nullum ad retegendam veritatem mentis itinerarium, nulla salutis via praeter eam, quam in coquendo medicamine artifex prudenter carpere, tenaciter servare iubetur, in carmine delineari videatur, fabulae antiquorum aliquid frequenter occultum apud Augurellum significant, ut iam in scriptis Platoniorum saeculi XV: eae dum igitur a Christianis quasi ineptae aut piis moribus aversae incessuntur, a poetis contra maximeque ab iis, qui Platoni adstipularentur, translationis ope altiore sensu complebantur. Monuerat olim Ioannes Boccaccius «stultum credere poetas nil sensisse sub cortice fabularum»<sup>70</sup>, idemque etiam alii scriptores, Augurello minime ignoti, sibi persuaserant, cum ad veterum praesertim lectionem animum applicarent: itaque Petrus Bonus Vergilio et Ovidio, Landinus Vergilio et Danti allegoricum amictum eripiendum esse aestimaverant.

Duplex de hac re Augurello affuit opinio: namque severior humanitatis restitutor idemque cautus interpret litterarum, cum antiquitatis monumenta evolveret, interpretamenta allegorica aut sensu communi litteralisque significationis observantia contemperabat, aut rationis modum tamquam excedentia nimisque audacter prolata arguebat insipientiae, graviterque refellebat. Fit itaque ut in *iamb.* I 5 absurdum esse ducat, in lepidis antiquorum fabulis poetarum nescioquid absconditum captare, quasi ipsi divino oestro sui male compotes arcanum aliquid carminibus fortuito infuderint<sup>71</sup>. Attamen in *iamb.* I 1 vatibus Phoebeum quandoque furorem incidere asserit, quo ipse se in *chrys.* III 466-502 per devia raptum a poematis argumento paulisper digressum esse confitetur, variisque aliis sui operis in locis imagines allegoricas velut entheus disseminat.

Duplex poetae est etiam afflatus, cuius mirifica insomnia rationis disciplina continentur. Eo enim cum carmen tendat, ut «rerum involucris tantarum ... moles / ... claro ... carmine»<sup>72</sup> expediatur, sunt Augurelli simulacra dilucida ac sublimia, moderamine prudentiae castigata, materiae sordibus intacta et, quamquam verbis nonnullis vis aliquando alchimica servatur, magis, ut parcissime dicam, *Hypnerotomachiae Poliphili* figuris quam *Aurorae consurgenti* comparanda. Non enim obscure alludunt, sed clare significant, neque alchi-

<sup>70</sup> BOCCACCIO, *Genealogie deorum gentilium* 10 (ZACCARIA 1998, p. 1418).

<sup>71</sup> AVGVRELLVS, *iamb.* I 5, 41-52 «Non nulla priscis excidisse vatibus / ferunt furore percitis / ac esse paucis illa vere cognita, / abstrusa nanque permanent, / educat ipsa ni quis e penetralibus / reddatque aperta posteris. / Quae vix probarim: tam potest antiquitas / quam nos fidem verbis damus. / At excitari dixerim vates tamen / ferrique mentis impetu, / id vel movente intrinsecus causa, vel id / coelo favente prodeat».

<sup>72</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* prol. 3 sq.

mistarum substantias, sed philosophas obtegunt notiones. Accedit quod interdum aut memoriam hominum qui vere vixerunt aut loca bene definita<sup>73</sup> in eius fabulis subaudimus, adeo ut aegre explanentur figurae nisi repertis fontibus, penitusque exploratis carminisve structura cultuve humanitatis Tarvisii tunc et in regione Venetiarum vigenti.

Parcam exemplis, utque ad rem pertractandam locus minime se opportunum praestat, ea modo aenigmata commemorabo quibus, ut ita dicam, *Chrysopoeiae* aedificium adminiculatur<sup>74</sup>. Digressis enim ab interpretationis methodo quam in suis commentariis Soranzo adhibuit<sup>75</sup>, alteram viam nobis sternere est in animo, qua ad opus intelligendum alia adducamur.

In primo libro *Chrysopoeiae* Augurellus Lynceum (vv. 196-250) et Prometheum (vv. 419-427) inducit agentes, perhibetque heroa illum mirabili oculorum acie praeditum de montis Aetnae cacumine aut ad rupis Pachyni pedes, quaecumque abdita sub ima tellure iacerent, quasi per purum aera visu complecti potuisse (vv. 203-215); quondam autem, cupidum oras peregrinas invisendi, Siciliam reliquisse, navique vectum, dum Graeca radit litora, fera tempestate iactatum, quam in eum nymphae concitarant, veritae ne in thalaminis maritimis spectarentur (vv. 216-230); deinde ad Epirotica litora delatum totam Graeciam oculis lustravisse, eaque quorum inde sibi scientiam comparaverat posteris tradidisse (vv. 231-250); Prometheum vero a sedibus caelicolum, ut fama est, ignem abstulisse.

Utriusque personam in philosophorum alchimistarumque operibus reperimus, Lynceum praesertim post ipsum Augurellum<sup>76</sup>, Prometheum et apud Ficinum. De Promethei fabula, a saeculi XV scriptoribus varium in modum repastinata, iam multum disputatum est<sup>77</sup>: von Martels in suis commentariis

<sup>73</sup> Videas infra de Lynceo et Glaura.

<sup>74</sup> De hac re cf. GREINER 2000, pp. 366-368.

<sup>75</sup> Cf. SORANZO 2019, p. 53: «If one applies to *Chrysopoeia* what Obrist and, more recently, Principe have argued concerning Late Medieval and Early Modern works such as, for instance, Basil Valentine's *Twelve Keys*, these texts' often confusing population of wolves, snakes, hermaphrodites, queens and kings are best understood as ingenious ways of communicating operations and phenomena actually performed or witnessed in a laboratory. While the commentary provides further clues toward a complete interpretation of these sections of the poem, it suffices to mention that my commentary and overall interpretation follows Obrist and Principe by understanding these fables as figural transpositions of the technical contents discussed in *Chrysopoeia*».

<sup>76</sup> Cf. MAIER 1617, p. 83: «Si quis hominum esset Lynceus oculis et Mathusalem aetate, ac posset visu penetrare ad intima terrae (veluti Lynceus fecisse fingitur), ut videret primum concubium metallicorum fumorum et sederet semper haec contemplan per tot centenos annos, ille forte puerilem aetatem, ut ita loquar, et infantiam metallorum attingeret, non acmen, nec virile robur»; et ATWOOD 1850, p. 248: «having a sight like that of Lynceus, penetrating all centres, discovers himself in That finally which is the source of all», ibique etiam p. 280.

<sup>77</sup> Cf. etiam RAGGIO 1958, pp. 53-56, de fama huius fabulae apud Boccaccium, Ficinum, Alciatum et alios scriptores aetatis artium Renascentium, qui Promethei personam specie allego-

nondum vulgatis manu scriptum quoddam laudat annis septuagesimis in Italia confectum<sup>78</sup>, ubi alchymista tamquam Prometheus et 'homo faber' effingitur; Soranzo locum Ficini<sup>79</sup> commemorat, qui de *Protagora* loquens contra Mercurium, divinum legislatorem, hominum legem per Prometheum dicit significatam. Narratur enim ad Abderita Titanis fabula in eo dialogo (320c-322d), quo dicitur ille non modo ignem, sed etiam genus sapientiae, quod a Platone ἔντεχνος σοφία appellatur, ab Iove subduxisse. Lynceum vero symbolum esse alchymicum, quod metallorum virtutes referret<sup>80</sup>, perperam mea quidem sententia Soranzo aestimavit. Educenda contra erit utriusque fabulae significatio ex ordine argumentorum primi libri, quae secundum exorsus poeta anteactam carminis materiam retrospecticiens sic in vv. 1-3 describit: «Hactenus auriferam secretae Palladis artem / inventam humana quondam virtute coegit / credere nunc ratio, nunc experientia suasit». Hoc rationem inter et experientiam discrimen, Geberis quoque *Theoricae et practicae* structuram fulciens, falsique Lulli *Testamenti in Theoricam et Practicam* pariter digesti, nonne facile admonet, vel etiam plane suadet, ut doctrinae alchymicae 'theoricam' Lynceum esse intelligamus, utpote qui metallorum causas in intima tellure introspectet, 'practicam' Prometheum, qui «experientiam» secum ab Olympo deduxerit?

At qualis haec rursus est allegoria? Talia heroum simulacra Danti<sup>81</sup> magis et Sannazario<sup>82</sup> proxima quam veteribus non merae ornandi gratia inditae versibus personae, neque prorsus commenticiae figurae esse videntur, sed alchymiae conditores, vel artis regiae auctores, qui ad fidem paene historicam, quasi homines qui vere vixerunt, a poeta expressi sunt, ut in mythis Evhemeri Messanensis. Lynceus enim cum ignobili alioqui viro confunditur, qui apud rerum gestarum scriptores aetate belli Poenici exstitisse ferebatur et a Sicilia Carthaginensium litora spectare consuevisse<sup>83</sup>; Prometheus ad sapientis instar depingitur, qui in arte aurifera fertur valde profecisse, egregius hinc artifex evasisse, arcanaque metallorum posteris grandaevus tradidisse; quod egit etiam Raimundus Lullus, in vv. 553-571 celebratus.

rica operuere; quibus addamus oportet Ludovicum Lazerellum, de Prometheo in *Hymno ad Prometheus* et in *De gentiliū imaginibus* 1, 99-112 locutum.

<sup>78</sup> Cf. OBRIST 1982, p. 45.

<sup>79</sup> FICINO, *Theologia Platonica* 14, 9 (VITALE 2011, pp. 1354-1357).

<sup>80</sup> Cf. SORANZO 2019, p. 53: «If read alongside Albert the Great's theory on the generation of metals, Augurello's Lynceus turns out to present all the properties, including the *perspicuitas*, of the *calor solis* or *radius stellarum* indicated as the first cause in the generation of metals».

<sup>81</sup> Cf. DANTE, *Inferno* XV 94-120, de vetulo Cretae, ubi Vergilius docet fluminum originem, et *Inferno* XXVI 85-102, de Ulixis peregrinatione deque procella qua ab itinere cognoscendi gratia suscepto refrenatur.

<sup>82</sup> Cf. SANNAZARO, *Arcadia* 12, 19-33 (VECCE 2013, pp. 295-298), de Sinceri descensu in telluris secreta.

<sup>83</sup> De hac re, quam nullus hucusque interpres observavit, cf. PRIVATI 1747, p. 121.

Universale aliquid nymphae Glaurae quoque subesse putamus, quae in secundo libro collocatur, ubi Augurellus ad magnum opus occipiendum quae materia artificibus requirenda sit continuoque tractanda pandit edocetque (vv. 249-258), narrans in avio vertice montis argenteo fonte irrigui ante parvam planitiem specum aureum latere, quem Glaura inhabitat (vv. 259-269), viatoresque illa quoscumque excipiat « omnem ... labem humanam » (vv. 270 sq.) exuere spiritumque ad altiora levare. Glaura vellus aureum custodit, fabulosum praemium Argonautarum, quorum nomine ab Augurello vetus grex sapientium elixiremque adeptorum occultatur (« His olim veteres intenti gnaviter undis / in portum rexere ratem felicibus auris / ignarosque viae mediis in fluctibus inter / obstantis scopulos frustra liquere natantis »<sup>84</sup>); utque ex professo Iason et Hercules artis principium ostendunt, eiusque labores<sup>85</sup>, ita Glaura non, ut quidam duxerunt<sup>86</sup>, nomen cuiuspiam substantiae, sed ipsam artis materiam poetico velamine adoptatam indicat.

Scaenam autem facile agnoscimus: nam citra fines illius oppidi constituitur, quod nunc temporis incolae Giavera del Montello vocitant, unde etiam Glaurae nomen fonti inhaesit Latinum. Hic eius ora illita musco et adhuc per via transvenis, hic etiam callis « densos inter vepres angustus et asper / acclivisque »<sup>87</sup> est, qualis ab Augurello descriptus. Verus igitur locus, fabula quasi pinax<sup>88</sup>, immo musivum tessaris veteribus compositum<sup>89</sup>. His admodum similia in poetarum fabulis quae eo tempore in pretio erant, ut in *Arcadia* Sannazarii, cuius exemplar ab ipso auctore per Alexandrum Paganinum Augurellus anno 1515 erat accepturus<sup>90</sup>, ubi nymphae taliter in spelunca repraesentantur:

E quivi dentro sopra verdi tappeti trovammo alcune ninfe sorelle di lei, che con bianchi e sottilissimi cribri cernivano oro, separandolo da le minute arene. Altre filan-

<sup>84</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* I 553-556.

<sup>85</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 354-362.

<sup>86</sup> Cf. praesertim VAN HELMONT 1683, p. 90; SAINT-HILAIRE 1680, p. 202; HERBERT 1829, pp. 571-574; SCHMIDT 1970, p. 400; TELLE 1980, p. 146; CALVESI 1996, pp. 207 sq.; SORANZO 2019, p. 54.

<sup>87</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 264 sq.

<sup>88</sup> Cf. BALDUINO 1988, p. 450.

<sup>89</sup> Nonnulla huius loci exempla in medium iam protulit SORANZO 2019, pp. 210 et 212. At conferantur etiam AVGVRELLVS, *chrys.* II 275-278 « quibus in mediis sedet aurea nympha, / aureus et circum thalamus, supraque renidet, / quin auri tabulae pedibus calcantur euntum, / atque ipsa ex auro splendet conflata supellex » et Verg. *Aen.* VI 136-144 « Latet arbore opaca / aureus et foliis et lento uimine ramus, / Iunoni infernae dictus sacer; hunc tegit omnis / lucus et obscuris claudunt conuallibus umbrae. / Sed non ante datur telluris aperta subire / auricomos quam quis decerpserit arbore fetus. / Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus / insituit. Primo auulso non deficit alter / aureus, et simili frondescit uirga metallo ».

<sup>90</sup> Cf. epistulam Paganini ad Augurellum in VOLPI - VOLPI 1723, pp. LVI sq., ibique praesertim hanc sententiam: « Sannazarium, ut opinor, tantum amas, quantum docti et probi homines amare se invicem debeant ». Edita primum Neapoli anno 1504 *Arcadia* Sannazarii in plagis Venetis et Francogallicis doctos iam imitatores suscitaverat.

do il riducevano in mollissimo stame, e quello con sete di diversi colori intessevano in una tela di meraviglioso artificio<sup>91</sup>.

Vel etiam, ut Glaurae antrum quaerentibus

iter ... arctum

usqueadeo, ut paucos capiat, paucosque remittat  
 incolumes; crebris laceros quin vepribus omnes  
 id referat, nisi quos alta sub rupe relinquit 545  
 errantes caecis in flexibus, unde nec ipsi  
 se unquam, mortalisve manus miserata referret<sup>92</sup>,

ita salutis portum adfectantibus in *Hypnerotomachia Poliphili* trames silvester recluditur, unde exiit Poliphilus « tutto sitibondo lacerato, et la faccia et le mane cruentate, et da morsicante Urtica pustulate ... exanimo »<sup>93</sup>. Adducimur enim ut credamus Augurello fabulam Columnae, eius conterranei, cognitam fuisse, quod ille Manutii voluminum amator xylographiis adeo impense studebat, ut *Chrysopoeian* deinde Iulio Campagnola hac arte illustrandam commissurus esset; praeterquam quod opus illud infertum simulacris allegoricis, Graecorumque plenum deliciis, quas auctor in ipso titulo ostentabat, pleraque etiam de fontibus Tarvisinis enarrabat<sup>94</sup>.

Aliud Columnae vestigium in postremis *Chrysopoeiae* versibus insistere videtur, ubi intentio allegorica novo involuta aenigmate ita repanditur:

Carmina qui fidibus iam pridem aptare canoris,  
 tum doctos salibus sermones spargere puris  
 tentavi, et demum iam rectos ausus iambos  
 edere, nunc lusi somno velut excitus arcto,  
 qua data porta inter geminas, quae somnia servant. 695  
 Cornea nec nobis patuit, nec prorsus eburna  
 emissus cecini falsis insomnia verbis<sup>95</sup>.

Haec Thurn adnotat: « Der Sinn is nicht ganz klar »<sup>96</sup>, quasi ab ipso limine *Chrysopoeiae* lector in mirabile conclave introferatur, cuius in portis carminis sensum, tamquam in compendium redactum, poeta insculpserit. Swerus von Martels, qui totum *Chrysopoeiae* epilogum, prout locus postulabat, sagaciter excussit, duplicem, ut diximus, sententiam protulit; quam cum denuo ex in-

<sup>91</sup> SANNAZARO, *Arcadia* 12, 16 (VECCE 2013, p. 294).

<sup>92</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* II 542-547.

<sup>93</sup> COLONNA, *Hypnerotomachia Poliphili* I, p. 16 ed. ARIANI - GABRIELE 1998; comparato eundem Columnae locum cum AVGVRELLVS, *serm.* II 11, 10-56.

<sup>94</sup> COLONNA, *Hypnerotomachia Poliphili* I, pp. 382-386 ed. ARIANI - GABRIELE 1998.

<sup>95</sup> AVGVRELLVS, *chrys.* III 691-697.

<sup>96</sup> THURN 2021, p. 61 n. 3.



tegro persequi nequeamus, sufficiat novissimam sententiam repetere<sup>97</sup>. Unum in sua symbola praecipue verbum intuitus, quod est «lusi» (v. 694), id ab Augurello von Martels adhibitum esse contendit, ut opus finitum intentione ludicra praetexeretur, neu artis auriferae infestis detractorum telis ipse latus exhiberet<sup>98</sup>; petit criticus praeterea ut Macrobiani et Servii commentarios ad sextum *Aeneidos*<sup>99</sup> sumamus, ubi de duabus portis agitur, id est de cornea, qua somnia veridica proveniunt, deque eburnea, qua fallacia emittuntur.

Convenit inter von Martels et Soranzo<sup>100</sup> neutra earum *Chrysopoeiae* somnia provenisse, unde tamen provenerint neuter complectitur. Nova enim est imago, nec solum ex *Aeneide* conflata, siquidem, ut opinor, alio hic loco *Hypnerotomachiae* contaminatur<sup>101</sup>, ubi Poliphilus post epulas regias conventurus Reginam Telosiam, quae in obscuro se recessu abdens forma sua pulcherrima homines prohibet<sup>102</sup>, a Logistica et Thelemia puellis seducitur. Hinc postmodo locis aliis mirificis lustratis ad tres portas consistit, nonnullaque mora interposita medianam ingreditur, quae ad amorem voluptuarium introitum praestat<sup>103</sup>. Hac puto imagine, totius *Hypnerotomachiae* notissima fortasse et in carminibus quoque praefatoriis celebrata<sup>104</sup>, poetam nostrum delectari potuisse, qui in praefatione carminis de thalamo Veritatis haud secus esset allegorice locuturus.

Retrospectanti suum igitur opus poetae talis apparet *Chrysopoeia*, qualia sunt somnia nec mendacia nec veridica<sup>105</sup>, vel satius narrationes fabulosae a

<sup>97</sup> Cf. VON MARTELS 1999.

<sup>98</sup> VON MARTELS 1999, p. 67: «as protection against possible censors».

<sup>99</sup> Cf. VERG. *Aen.* VI 893-898 «Sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur / cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris, / altera candenti perfecta nitens elephanto, / sed falsa ad caelum mittunt insomnia Manes. / His ibi tum natum Anchises unaque Sibyllam / prosequitur dictis portaque emittit eburna»; sed haec imago iam est in HOM. *Od.* XIX 562-567.

<sup>100</sup> SORANZO 2019, p. 291 n. ad *chrys.* III 694-697.

<sup>101</sup> Cf. COLONNA, *Hypnerotomachia Poliphili* I, pp. 117-141 ed. ARIANI - GABRIELE 1998.

<sup>102</sup> Cf. COLONNA, *Hypnerotomachia Poliphili* I, p. 122 ed. ARIANI - GABRIELE 1998: «Ma la Regina Telosia mane in nubilante loco di latebra, et il suo domicilio ha gli aspiramenti obstrusi, Perche quella cernere per niuna licentia consente, quanta et quale sia la bellezza sua ad gli homini, Perche non lice ne permesso e ad gli ochii corporali diva formositate debbi apparere» cum AVGVRELLVS, *chrys.* II 517-519.

<sup>103</sup> Cf. COLONNA, *Hypnerotomachia Poliphili*, I, pp. 134 et 139, necnon II, pp. 764-769 n. 5 et pp. 775-776 n. 1 ed. ARIANI - GABRIELE 1998: «È evidente, in tutto l'episodio delle tre porte, l'intenzione del Colonna di seguire una tradizione diversa rispetto a quella storicamente prevalente del bivio pitagorico (implicito nella situazione narrativa ...)» (p. 775 n. 1).

<sup>104</sup> Cf. COLONNA, *Hypnerotomachia Poliphili* I, pp. 4 et 6 ed. ARIANI - GABRIELE 1998.

<sup>105</sup> De duplici poesis statu, quo figmentis verum delectabilibus implicatur, cf. C. LANDINO, *Disputationes Camaldulenses*, p. 111 ed. Lohe 1980: «Et profecto si poesis ipsa quid sit diligentius intueamur, facile erit nosse non esse illam unam ex iis artibus, quas nostri maiores, quoniam reliquis excellentiores sunt, liberales appellarunt, in quarum una alterave si qui florerunt in maximo sunt semper pretio habiti, sed est res quaedam divinius, quae universas illas complectens certis quibusdam numeris astricta certis quibusdam pedibus progrediens variisque luminibus ac

Macrobio in *Commentariis in somnium Scipionis* sic appellatae, quod opus exeunte anno 1506 ab Augurello susceptum porroque adnotatum<sup>106</sup> longe magis *Saturnalibus* huius loci sensum profert:

in quibusdam [*scil. fabulis*] enim et argumentum ex ficto locatur et per mendacia ipse relationis ordo contexitur ut sunt illae Aesopi fabulae elegantia fictionis illustres, at in aliis argumentum quidem fundatur veri soliditate sed haec ipsa veritas per quaedam composita et ficta profertur et hoc iam vocatur narratio fabulosa, non fabula, ut sunt cerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei quae de deorum progenie ac tue narratur, ut mystica Pythagoreorum sensa referuntur<sup>107</sup>.

Sic igitur exquisita auctorum mixtura, qua solebat Musa saeculi XV oblectari, imago Vergiliana duarum portarum, Macrobiani cribro percolata, *Hypnerotomachiae* delineamentis amplificata, colorem philosophum exprimere cogitur.

## V. CONCLUSIO

Monstravimus quonam pacto Augurelli doctrina gentilibus Platonisque praeceptis instructa notioque «theoricae», quae in *carm. II 3* alchimici usus sordibus opponitur, *Chrysopoeiae* fabricam adeo funditus sustineant, ut is quem Iovius metalla in fornacibus recoxisse adfirmat Ficino «conphilosophus»<sup>108</sup> esse videatur, Bembo «Musarum et philosophiae»<sup>109</sup> studiosus, Musarum vero proditor Bononio ad «dogma Platonis» relicto calamo deficiens<sup>110</sup>.

Suntne demum *Chrysopoeiae* prodigia, ut quae narrantur in *Hypnerotomachia*, quasi imagines somni unius, quod veritatis proferendae causa, tamquam mythen Cecropii philosophi, partim rebus sensibilibus, partim commenticiis figuris ac corpore carentibus intexatur? Licet aliae alio operis partes spiritu animentur, nihil est dubii quin Augurellum eiusmodi velamine carmen obtegere iuverit, hoc sive ab eo praecogitatum arbitremur, seu praepostera ratione peractis versibus superimpositum.

Cumque multa adhuc sub iudice maneant, *Chrysopoeiae* consilio clarius

floribus distincta quaecunque homines egerint, quaecunque norint, quaecunque contemplati fuerint ea miris figmentis exornet atque in alias quasdam species traducat, ut, cum aliud quippiam multo inferius multoque humiliter narrare videantur aut cum meras fabellas ad cessantium aures oblectandas ludere credantur, tum maxime excelsa quaedam et in ipso divinitatis fonte recondita promant, quo quidem gratissimo errore tandem animadverso auditor non solum in summam rerum cognitionem deveniat sed mira etiam voluptate ex figmento perfundatur».

<sup>106</sup> Patavii, Bibliotheca Seminarii Episcopalis, Forc. L. 2. 8.

<sup>107</sup> MACR. *somn.* I 2, 9; sed cf. ibi etiam I 2, 17-20.

<sup>108</sup> FICINO, *Epistolarum libri* p. 754 = SANCIPRIANO 1983, p. 784.

<sup>109</sup> BEMBUS 1552, p. 67.

<sup>110</sup> Cf. n. 51.

elucidato novisque testimoniis recensitis, id fore speramus ut posthac operis interpretes secum pensitent, poetam sibi coequalibusque, dum *Chrysopoeian* fundit, non alchymistam visum esse, sed Platonicum<sup>111</sup>, contemplatusque librorum ordinem curiosius requirat quod vinculum inter hoc et alia carmina fabulasque coevas intercedat, eaque maxime quae apud Venetos per doctorum ora tunc ire solebant, itaque Ariminensis poema eius familiae restituat vel, ut verius dicamus, domum referat.

## INDEX LIBRORUM ADHIBITORUM

ARIANI - GABRIELE 1998

F. Colonna. *Hypnerotomachia Poliphili*, a cura di M. ARIANI e M. GABRIELE, Milano 1998

ATWOOD 1850

M. A. ATWOOD, *A Suggestive Inquiry into the Hermetic Mystery*, London 1850

AZZONI AVOGARO 1760

R. DEGLI AZZONI AVOGARO, *Notizie di Gio. Aurelio Augurello Canonico di Trivigi*, in *Nuova raccolta d'opuscoli scientifici e filologici*, VI, Venezia 1760, pp. 153-317

BALDUINO 1988

A. BALDUINO, *Poeti e artisti italiani fra Quattro e Cinquecento (il caso di G. A. Augurelli)*, in *Letteratura italiana e arti figurative. Atti del XII Convegno dell'Associazione internazionale per gli studi di lingua e letteratura italiana (Toronto, Hamilton, Montreal, 6-10 maggio 1985)*, a cura di A. Franceschetti, Firenze 1988, pp. 433-458

BEMBUS 1552

*Petri Bembi card. Epistolarum Familiarium libri VI. Eiusdem, Leonis X pontificis maximi nomine scriptarum, libri XVI*, Venetiis 1552

BIRCKMANNVS 1567

*Raymundi Lulli doctissimi et celeberrimi philosophi Mercuriorum liber iam tandem subsidio manuscripti exemplaris perfecte editus*, ed. I. Birckmannus, Coloniae Agrippinae 1567

BONIFACCIO 1591

*Historia Trivigiana di Giovanni Bonifaccio D. divisa in dodici libri*, II, Treviso 1591

BORNET 1890

*Alberti Magni Ratisbonensis Episcopi, ordinis praedicatorum, opera omnia, ... cura ac labore É. Borgnet*, V, Paris 1890

BURCKHARDT 1994

J. BURCKHARDT, *La civiltà del Rinascimento in Italia*, trad. it., Roma 1994

CALVESI 1996

M. CALVESI, *La « pugna d'amore in sogno » di Francesco Colonna romano*, Roma 1986

CALVET 1997-1999

A. CALVET, *Le De secretis naturae du pseudo-Arnaud de Villeneuve*, *Chrysopoeia* 6, 1997-1999, pp. 155-206

<sup>111</sup> Hoc aliis quoque lectoribus apparuit, ut puta Delminio, de quo cf. VON MARTELS 2000, pp. 186 sq.

CANSELIET 1996

E. CANSELIET, *L'alchimia spiegata sui suoi testi classici*, trad. it., Roma 1996

CESERANI 1969

R. CESERANI, s. v. *Bologni, Girolamo*, in *Dizionario biografico degli Italiani*, IV (1969), pp. 327-331

FANTATO 2001

M. FANTATO, *La biblioteca di un umanista veneto: Giovanni Aurelio Augurelli*, *Miscellanea marciiana* 16, 2001, pp. 65-88

GREINER 2000

F. GREINER, *Les métamorphoses d'Hermès: Tradition alchimique et esthétique littéraire dans la France de l'âge baroque (1583-1586)*, Paris 2000

HASKELL 1997

Y. HASKELL, *Round and Round We Go: The Alchemical Opus Circulatorium of Giovanni Aurelio Augurello*, *Bibliothèque d'Humanisme et Renaissance* 59, 1997, pp. 583-606

HENRY - SORANZO 2022

C. HENRY - M. SORANZO, *Poetic Matters: Giovanni Aurelio Augurello (1441-1524), Materiality, and the Visual Arts*, *Word & Image* 38, 2002, pp. 448-463

HERBERT 1829

A. HERBERT, *Nimrod: a discourse on Certain Passages of History and Fable*, IV, London 1829

HIRAI 2005

H. HIRAI, *Le Concept de semence dans les théories de la matière à la Renaissance: de Marsile Ficin à Pierre Gassendi*, Turnhout 2005

HUTIN 2018

S. HUTIN, *La vita degli alchimisti nel Medioevo*, trad. it., Milano 2018

IOVIVS 1577

*Pauli Iovii Novocomensis episcopi Nucerni Elogia virorum literis illustrium, quotquot vel nostra vel avorum memoria vixere*, Basileae 1577

KAHN 2010-2011

D. KAHN, *Alchemical Poetry in Medieval and Early Modern Europe: A Preliminary Survey and Synthesis, Part I. Preliminary Survey*, *Ambix* 57, 2010, pp. 249-274; *Part II. Synthesis*, *ibid.* 58, 2011, pp. 62-66

LACINIVS 1546

*Pretiosa Margarita novella de thesauro, ac pretiosissimo philosophorum lapide. Artis huius divinae Typus, et Methodus: Collectanea ex Arnaldo, Rhaymundo, Rhasi, Alberto, et Michaelae Scoto*, per Ia. Lacinium Calabrum nunc primum, cum lucupletissimo indice, in lucem edita, Venetiis 1546

LOHE 1980

C. Landino. *Disputationes Camaldulenses*, a cura di P. Lohe, Firenze 1980

MAIER 1617

M. MAIER, *Symbola aureae mensae duodecim nationum*, Francofurti 1617

MANGETUS 1702

J. J. MANGETUS, *Bibliotheca chemica curiosa*, II, Genevae 1702

MATTON 1993

S. MATTON, *Marsile Ficin et l'alchimie: sa position, sa influence*, in *Alchimie et philoso-*

*phie à la Renaissance. Actes du colloque international de Tours (4-7 decembre 1991)*, réunis sous la direction de J.-C. Margolin - S. Matton, Paris 1993, pp. 123-192

MATTON 1995

S. MATTON, *L'influence de l'humanisme sur la tradition alchimique*, Micrologus 3, 1995, pp. 289-345

MAZZUCHELLI 1753

G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia cioè notizie storiche, e critiche intorno alle vite, e agli scritti dei letterati italiani*, I, Brescia 1753

OBRIST 1982

B. OBRIST, *Les débuts de l'imagerie alchimique*, Paris 1982

PAVANELLO 1905

G. PAVANELLO, *Un maestro del Quattrocento (Giovanni Aurelio Augurello)*, Venezia 1905

PEREIRA 1989

M. PEREIRA, *The Alchemical Corpus Attributed to Raymund Lull*, Warburg Institute Surveys and Texts 18, London 1989

PEREIRA - SPAGGIARI 1999

M. PEREIRA - B. SPAGGIARI, *Il « Testamentum » alchemico attribuito a Raimondo Lullo*, Edizione del testo latino e catalano dal manoscritto Oxford, Corpus Christi College, Firenze 1999

PERIFANO 2000

A. PERIFANO, *La réception en France de la Chrysopoeia de Giovanni Aurelio Augurelli*, in *La réception des écrits italiens en France à la Renaissance: ouvrages philosophiques, scientifiques et techniques. Actes de la journée d'étude de Paris, Institut Culturel Italien, 8 novembre 1997*, Textes réunis et présentés par A. Perifano, Paris 2000, pp. 29-48

PIVATI 1747

G. PIVATI, *Dizionario scientifico e curioso sacro profano*, V, Venezia 1747

RAGGIO 1958

O. RAGGIO, *The Myth of Prometheus: Its Survival and Metamorphoses up to the Eighteenth Century*, Journal of the Warburg and Courtauld Institutes 21, 1958, pp. 44-62

SAINT-HILAIRE 1680

S. DE SAINT-HILAIRE, *Trattato de' rimedi per le malattie del corpo umano tradotto dal francese*, Padova 1680

SANCIPRIANO 1983

M. Ficino. *Opera omnia*, [Riproduzione in fototipia a cura di M. SANCIPRIANO], I, Torino 1983

SCHMIDT 1970

A.-M. SCHMIDT, *La Poésie scientifique en France au XVI<sup>e</sup> siècle*, Lausanne 1970

SERENA 1912

A. SERENA, *La cultura umanistica a Treviso nel secolo decimoquinto*, Venezia 1912

SORANZO 2015

M. SORANZO, *Poesia e trasformazione spirituale nel primo rinascimento: Lodovico Lazzarelli, Giovanni A. Augurelli e Battista Mantovano*, in *Letteratura italiana e religione. Atti del Convegno di studi (Italian Studies, University of Toronto, 11-13 ottobre 2012)*, a cura di S. Bancheri - F. Guardiani, Firenze 2015, pp. 87-109

## SORANZO 2017

M. SORANZO, *Astrologia ed Alchimia in un codice "ritrovato" di G. A. Augurelli: MS Mellon 22 della Beinecke Library di Yale University*, in *Dialogo: Studi in memoria di Angela Caracciolo Aricò*, a cura di E. Bocchia, Z. Fabbris, C. Frison e R. Pesce, Venezia 2017, pp. 1-23

## SORANZO 2019

M. SORANZO, *Giovanni Aurelio Augurello (1441-1524) and Renaissance Alchemy: A Critical Edition of "Chrysopoeia" and Other Alchemical Poems, with an Introduction, English Translation and Commentary*, Leiden 2019

## SORANZO 2022

M. SORANZO, *Beyond the Literary Sources of Augurello's Chrysopoeia*, *Renaissance and Reformation* 45/3, 2022, pp. 81-102

## TELLE 1980

J. TELLE, *Mythologie und Alchemie. Zum Fortleben der antiken Götter in der frühneuzeitlichen Alchemieliteratur*, in *Humanismus und Naturwissenschaften*, herausgegeben von R. Schmitz und F. Krafft, Boppard 1980, pp. 135-154

## THURN 2021

N. THURN, *Die Chrysopoeia des Giovanni Augurelli*, in R. Markevičiūtė - B. Roling (Hrsg.), *Die Poesie der Dinge: Ziele und Strategien der Wissensvermittlung im lateinischen Lehrgedicht der Frühen Neuzeit*, Berlin - Boston 2021, pp. 61-78

## VAN HELMONT 1683

J. B. VAN HELMONT, *Die Morgenröthe. Das ist: fünf herrliche und geheimnißvolle Recept-bücher zum leiblichen Wohl der Menschheit*, Sulzbach 1683

## VECCE 2013

*Sannazaro. Arcadia*, Introduzione e commento di C. VECCE, Roma 2013

## VITALE 2011

M. FICINO, *Teologia Platonica*, Saggio introduttivo, traduzione, note e apparati di E. VITALE, Firenze - Milano 2011

## VOLPI - VOLPI 1723

*Le opere volgari di m. Jacopo Sanazzaro cavaliere napoletano; cioè l'Arcadia ..., le Rime ... e le Lettere ...*, Il tutto con somma fatica e diligenza, dal dottor G. A. VOLPI e da G. [VOLPI] di lui fratello riveduto, corretto, ed illustrato ..., in Padova 1723

## VON MARTELS 1993

Z. R. W. M. VON MARTELS, *The Chrysopoeia (1515) of Ioannes Aurelius Augurellus and the Importance of Alchemy around 1500*, *Studi umanistici piceni* 13, 1993, pp. 121-130

## VON MARTELS 1994

Z. R. W. M. VON MARTELS, *The Allegorical Meaning of the Chrysopoeia of Ioannes Aurelius Augurellus*, in *Acta Conventus Neo-Latini Hafniensis. Proceedings of the Eighth International Congress of Neo-Latin Studies, Copenhagen 12 August to 17 August 1991*, General Editor R. Schnur, Birmingham - New York 1994, pp. 979-988

## VON MARTELS 1999

Z. R. W. M. VON MARTELS, *The Final Lines of Giovanni Aurelio Augurello's Chrysopoeia (1515) and Other Mysteries*, in *Poets and Teachers: Latin Didactic Poetry and the Didactic Authority of the Latin Poet from the Renaissance to the Present*, edited by Y. Haskell - P. Hardie, Bari 1999, pp. 57-75

## VON MARTELS 2000

Z. R. W. M. VON MARTELS, *Augurello's Chrysopoeia (1515) - A Turning Point in the Literary Tradition of Alchemical Texts*, *Early Science and Medicine* 5, 2000, pp. 178-195

## WEISS 1962

R. WEISS, s. v. *Augurelli, Giovanni Aurelio*, in *Dizionario biografico degli Italiani*, IV (1962), pp. 578-581

## ZACCARIA 1998

G. Boccaccio. *Genealogie deorum gentilium*, ed. V. ZACCARIA, in *Tutte le opere di G. Boccaccio*, a cura di V. Branca, VII-VIII, Milano 1998

## ZETZNER 1602

E. ZETZNER, *Theatrum chemicum*, III, Ursellis 1602.





HVMANIORA



## SVETI AVTVMNI LANGVORES

MAVRVS PISINI

*Fulva populus  
primo mane tepidum  
gustat aerem.*

Quem reputas ruris flatum est, fors, tactile murmur  
quod captant volucres foliorum, est nutus inermis 5  
qui sonus esse velit, dum caelum durius, acre,  
amittens sudum quo longa elabitur aestas,  
evitat faciem spectantis cuncta dolenter.

*Hortorum flores  
et colores pereunt,  
gaudia latent.* 10

Cum venit autumnus qui, consuetudine mira,  
dissolvit quoque maesta animi simulacra per auras,  
tum sumus ut lumen iam tardum ac triste relictum  
ad salicum frondes quarum coma decedit et, nunc, 15  
tellurem adgrediens, veris reminiscitur alnum  
prodigium cui nil, nisi tempus, restat abactum.

*Caligo levis  
rerum formas evocat,  
ambit arbores.* 20

Octobris speciem modo adoro et, item, modo temno,  
cum pigmenta eius non durent, ast habeantur  
supremum maestumque vale, non laeta voluptas,  
quaerendi rerum prospectum ubicumque quietum,  
in quibus et sol finit iter, trans pontum abiturus, 25  
postquam defervit nimius calor ac sata totum  
aestum sedarunt, ceu magnum in stirpibus ignem.

*Coram vitibus  
quae stant morti proximae  
sturni clamitant.* 30

35            Aura calens pluviae dat odores sordibus aptos,  
 non autem platanis quae toto corpore vellent  
 stare diu ad lucem, dum lucida trama viarum  
 angit vectores qui maesta vehicla gubernant  
 inviti: nil restat eis, nisi in aethere luna  
 quae, interdum, rumpit nimbos pluviamque coercet.

*Quidquid finitur  
 autumnus luce complet  
 desidiosa.*

40            In rumpis, ubi sol rubuit, foliisque casuris  
 intexit tenuem, velut halitum, aranea cassem,  
 aut numerat nubes candentes, quae dare tractus  
 cernuntur roseos. Ita, ab arvis nuper aratis  
 45            flat caligo levis quae olearum currit ad umbras  
 altas rore novo, dum declamatio surgit  
 clara, inter saepes, merularum: vespera lusus  
 illarum rumpit nec habet quo sistere possit,  
 haud secus ac videat rus omne in gurgite obire  
 splendoris fatui cui solus erithacus obstat  
 50            pectore cum rutilo rutila sub imagine finis.

*Rura tolerant  
 fluxum nebulae corpus  
 cui sol adhaeret.*

55            Mane, poli levitas fit tempus temporis expers  
 pinguibus in bacis, dein, pomis imbre recisis,  
 quae, ceu vox grilli, super arva silentia linquunt  
 totam aestatis vim: tum, restat, forsitan, echo  
 temporis immensi cui vita immensa patebat.

60            *Tremet, scintillat  
 hoc cerasi folium  
 nimis rubeum.*

65            Iam nebulae reditus cohibet mi in tramite gressus,  
 quem paulo ante inii, tiliarum immersus in aurum,  
 non autem in quercus patula robigine tinctas,  
 65            quas caveo, quamvis prope easdem sistere vellem  
 et mandare animo haec momenta ubi res queo miras  
 mentis adire oculis, dum pausam vivere tempto,  
 ut fruar hac ruris sublustri in lumine pace.

*Pluviae spectrum*  
*fertur flamine terso* 70  
*et sole pigro.*

Prae clivis leviter vibrat anxia forma colorum,  
 dum mihi fixa manet neque cedit imago diei  
 qui vocat, en, corvos quo lucis maesta propago  
 vix levat obtutum, dein glebas olfacit, ipsis 75  
 umorem insinuans roris: tunc, rustica caelum  
 cuncta opera obscurans, hominum quoque corda sequestrat.

*Sudum decidens*  
*ex nihilo tenebras*  
*furtim suscitatur.* 80

Aetheris e cirris paulum rubor eminent ardens,  
 inde, ab eis fugiens, accendit strata, tabernas,  
 dum, quasi in urbe vagans, perlustrat tecta vel aedes  
 vivus itemque tenax, sed languida sensa reducens  
 lunae autumnalis ... 85

*Vellus croceum*  
*quo tilia superbit*  
*ventus adimet.*



ARS DOCENDI





FIDELITAS TAMQVAM FIRMAMENTVM AMICITIAE  
THEMA CICERONIANVM

MICHEL WILLY LIBAMBU

Oratio nostra pertinet ad fidelitatem ut amicitiae proprietatem magni momenti in opere Marci Tullii Ciceronis cuius titulus est *De amicitia*. Namque in selectis capitulis XVII-XVIII (§§ 64-66), ubi pertractatur praesertim de criterio ad amicum verum agnoscendum, invenimus, ut discrimen inter falsum amicum et verum agamus, verba recta scriptoris. Agitur reapse, loco oblato, de Ciceronis responso ad hanc interrogationem: quo pacto certus amicus agnoscitur? Qua de quaestione cum disputavisset, apertis verbis neque ulla mora interposita respondit amicum certum in rebus adversis agnosci oportere. Sub hoc prospectu, nostra interest, textu lecto, funditus argumentum inducere, afferendo maxime in lucem fidelitatem<sup>1</sup> tamquam fundamentum constantiae atque stabilitatis in amicitia. Distribuitur inde argumentum in tres partes attinentes prius ad amicitiam in rebus adversis, deinde ad significationem fidelitatis et postremo ad munus viri boni erga amicum.

I. DESERTIO AMICI IN ADVERSIS, SIGNUM NEGLENTIAE IN AMICITIA

Constat primum omnium Ciceronem, cum de signis negligentiae in amicitia tractaret, inter omnia vitia in rebus adversis amici desertionem valde animadvertisse atque repudiavisse<sup>2</sup>. Contra plerosque, qui illo tempore amicos in infortuna relinquere solebant, recte auxilio verborum Quinti Ennii clari poetae antiqui temporis Romani haec retulit (*Lael.* 64):

‘amicus certus in re incerta cernitur’; tamen haec duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt, aut si in bonis rebus contemunt, aut in malis deserunt.

Tractatur enim non modo generatim de amico, sed singulatim de certo amico. Adiectivum ‘certus’ in hoc contextu alliterationis rethoricae spectat ad virum bonum, cuius humanitas sine ullo dubio in variis difficultatibus probatur. Talis probatio ante ora hominum omnium patere debet, ut recta significatio amicitiae doceatur. Id est in amicitia opus est verbis factisque ad de-

<sup>1</sup> Cf. C. PERRIN, *La fidélité, un devoir à revoir?*, Revue d'éthique et théologie morale 289/2, 2016, pp. 11-30.

<sup>2</sup> Cf. Cic. *Lael.* 17 «Nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas».

monstrandam constantiam ac stabilitatem. Amicus enim verus est, qui numquam a nobis inter calamitatem discedit. Aliis verbis amicitia, ut ita dicamus, actuose signis demonstratur. Verbum temporale ‘cernitur’, ex infinitivo passivo ‘cerni’, significat ‘videtur’, ‘aspicitur’, verum etiam, sensu lato, ‘agnoscitur’, ‘gnoscitur’, ‘recognoscitur’, ‘noscitur’. Hoc modo sententia aliter Ciceroniana enuntiari potest: amicus bonus in re adversa recognoscitur, dum subsidium in tempestate difficultatis protinus amico fert.

Etiamsi plerique, ut mos est, in prosperitate amicitiam manifestant, vero tantum pauci manent, dum pericula amicis pendent. Amicitia ergo pro dolor neglegitur! Ex multis exemplis tunc selegit Cicero exemplum, quo liberius argumentum illustraret, regis illius Tarquini exarati (*Lael.* 5): « Quod Tarquinius dixisse ferunt exultantem, tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum neutris gratiam referre posse ». Quapropter magister eloquentiae putat vero conglutinatae nodum amicitiae in utraque condicione aut felicitatis aut infelicitatis omnibus viribus servaturum esse, tantum si fundamentum in stabilitate et constantia habuerit. Simul ac hoc factum deprehendit, conclusit Romani eloquii auctor scribendo (*Lael.* 64):

Qui igitur utraque in re gravem constantem stabilem se in amicitia praestiterit, hunc ex maxime raro genere hominum iudicare debemus et paene divino.

Adiectivis duobus ‘constans’ et ‘stabilis’ simul utitur Cicero ut significet qualitatem non tantum amici, sed veri amici, qui difficilis est revera penes mortales inventu. Quique sic permanet et in fortuna et in adversis<sup>3</sup>, ut iudicetur homo rarus sui generis. Itaque dicitur ille fere ex deo natum esse<sup>4</sup>. Associatur inde res humana rei divinae in amicitia. Maximus auctor eloquentiae Marcus Tullius Cicero alio loco scripsit (*Lael.* 20): « Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate consensus, qua quid haud scio an excepta sapientia nil quicquam melius homini sit a dis immortalibus datum ». Id est, per amicitiam veram mortales immortalitati accedere possunt.

Saeculis interiectis multis, Augustinus episcopus Hipponensis, cum tractaret de vera amicitia, retulit verba ciceroniana iuxta doctrinam evangelicam multo melius scribens (*epist.* 258, 4):

Nunc enim nobis est rerum humanarum et divinarum cum benevolentia et caritate in Christo Iesu Domino nostro, verissima pace nostra. Qui duobus praeceptis cuncta praeconia divina conclusit, dicens: ‘Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua’; et: ‘Diliges proximum tuum tamquam teip-

<sup>3</sup> *Ibid.* 47 « Ergo hoc proprium est animi bene constituti, et laetari bonis rebus et dolere contrariis ».

<sup>4</sup> *Ibid.* 64.

sum. In duobus tota lex pendet et Prophetarum. In illo primo rerum divinarum, in hoc secundo rerum humanarum est cum benevolentia et caritate consensus. Haec duo si mecum firmissime teneas, amicitia nostra vera ac sempiterna erit; et non solum nos invicem, sed etiam ipsi Domino sociabit.

Hic apparet, ut ita iuxta disciplinam christianam dicamus, admirabilem in modum amicitia tamquam communio sanctorum, virorum bonorum in luce caritatis tum in terra tum in caelo. Si hoc verum est, amicitia propterea, nec mirum, fundata tantum firmamento humano, nec divino, quidem 'claudicat', ut censuit olim Augustinus, ex vulnere impietatis, aeterna esse non potest<sup>5</sup>. Meritat ergo laudes magna cum gratitudine, qui amicum in maestitia non linquit. Qua de causa opus est stabilitate et constantia, quarum firmamentum fidelitas est<sup>6</sup>.

## II. FIDELITAS TAMQUAM FIRMAMENTUM CONSTANTIAE ET STABILITATIS

Fidelitati iuncta sunt plura verba, ex quibus enumerantur ante omnia hae virtutes: fides, veritas et sinceritas. Quae praesertim repugnantes mendacium, duplicitatem perfidiamque referuntur constanter amicitiam ad conservandam. Verumtamen qui cito propositum mutat atque repente pactum amicitiae violat, perpetuo diligere non potest, neque verus amicus haberi, quia illi fide, virtute principali amicitiae, caret. Peccat insimul contra legem fiduciae, veritatis et sinceritatis. Propterea induxit Cicero penite argumentum ope trium sententiarum ea mente ut colligaret amicitiam ad permanentem fidem. Libet verba ipsius afferre (*Lael.* 65):

Firmamentum autem stabilitatis constantiaeque est eius quam in amicitia quaerimus fides est; nihil enim stabile, quod infidum est.

Vocabulum 'firmamentum' refertur ad fundamentum, quo melius amicitia contracta ope virtutum constantiae et stabilitatis clarificetur. Quod maxime fundamentum legatum est ad fidem, supra quam crescit amicitia, consensus inter bonos viros. Qui aequo animo se fidelis praestat, cum stabiliter testimonium assistentiae amico praestiterit, laudibus veri amici afficietur. In alia operis parte scriptor nos hortatur ad prudentiam (cf. *Lael.* 52): nihil stabilis potest esse sine fiducia, quia omnia semper suspectata atque sollicita, nullus locus amicitiae. Quis diligit quem metuat, aut eum a quo se metui putet? Instabilitas est mutatio consilii et sententiae utilitatis causa.

<sup>5</sup> Cf. *Avg. epist.* 258, 1.

<sup>6</sup> Cf. *Totius Latinitatis lexikon*, consilio et cura J. FACCIOLATI, opera et studio Ae. FORCELLINI, II, Patavii 1771, p. 304, s. v. *fidelitas*: «fidelitas [...] virtus eius, qui est fidelis, constantia in fide».

Simplicem praeterea et communem et consentientem, id est, qui rebus isdem moveatur, elegi par est; quae omnia pertinent ad fidelitatem (Cic. *Lael.* 65).

Qui simplex et fidus erga amicum fidem conservat, non tam facile consilium mutat, nec illum deserit, at in constantia versari et, usque ad extremum, protinus et sine intervallo amicitiae praeclarum testimonium verae perhibere debet<sup>7</sup>, quid amicitia ipsa, nos ad summum bonum denique adducens, stabilitate omnia terrena superat. «Omni tempore diligit qui amicus est et frater in angustiis comprobatur», ut ita in Sacris Scripturis legamus (*prov.* 17, 17). Amplius verba Ciceronis, si bene intellegimus, referuntur ratione meritoque non tantum ad vitam terrestrem sed etiam ad illam aeternam (*Lael.* 32): «Nam si, ut ait, utilitas conglutinaret amicitias, eadem commutata dissolveret; sed quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt». Perutile igitur est amicum falsum vel fallacem ab eo fideli vel fido veritate discernere, quare in mendacio vir falsus vivit, accommodando mendacium suum ad tempus, et raro solvit promissum suum<sup>8</sup>. Alteris verbis fidelitas est aliqui modus probandi amici atque persolvendae promissionis, quem iam Cicero, ut par est, significavit laudavitque velut proprietatem amicitiae cuius expressio est admodum simplicitas (*Lael.* 65):

Neque enim fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum, neque vero, qui non isdem moveatur naturaque consentit, aut fidus aut stabilis potest esse ... Ita fit verum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse.

Amicus certus est tam dignus fide, adeo ut fidus, securus vel tutus habeatur<sup>9</sup>. Quo facto adiectus sermo 'fidus' more solito attinet ad securitatem et fiduciam, quando secreta cordis inter amicos perscrutari possunt. Pariter vir fidus dicitur quoque fidelis, certus etiam verus. At contra falsus amicus cuius ingenium infidum et tortuosum patet, haud fidem meritat, quia nec sincerus neque limpideus est propter mentis obscuritatem, ex qua tum duplicitas tum perfidia nascitur. Memorat enim Cicero quod, iam loco superiori eiusdem operis animadvertit, super origine amicitiae, quae nihil aliud est, nisi ex natu-

<sup>7</sup> Cf. Cic. *Lael.* 33.

<sup>8</sup> Thomas Aquinas, ut discipulus Augustini, in opere cuius titulus est *Summa theologiae*, declarat (*summ. theol.* II 2, q. 88, a. 3, co.): «Respondeo dicendum quod ad fidelitatem hominis pertinet ut solvat id quod promisit, unde secundum Augustinum, fides dicitur ex hoc quod fiunt dicta». Namque in libro qui inscribitur *De mendacio* declarat episcopus Hipponensis (20, 41): «Fides enim appellata est in lingua Latina ex eo quia fit quod dicitur: quam manifestum est non exhibere mentientem». L. F. PIZZOLATO, *L'amicizia in sant'Agostino e il Laelius di Cicerone*, *Vigiliae christianae* 28, 1974, p. 203-215; V. NOLTE, *Augustins Freundschaftsideal in seinen Briefen* (Cassiciacum 6), Würzburg 1939; M. A. McNAMARA, *L'amitié chez saint Augustin*, trad. fr., Paris 1961; M. PELLEGRINO, *L'amicizia cristiana*, Torino 1973.

<sup>9</sup> Cf. J. B. GARDIN-DUMESNIL, *Synonymes latins et leurs différentes significations avec des exemples tirés des meilleurs auteurs*, Paris 1885, p. 156.

ra inter viros bonos oriunda consensio. In hac recordatione necessarium est omnia curare ut semper amicitia summae concordiae expressio cordium, sine utilitate neque emolumento, simplicitatis causa maneat. Quocirca penitus intellegere oportet quo pacto simplicitas, veritati coniuncta, multo distinctior amicitiae signum verae sit. In hac linea cogitationis Augustinus christianus interpres doctrinae Ciceronis super amicitia cernit acute sermonem 'fidelitas' in luce veritatis. Sane, qui mentitur «delet», ut ait (*Lael.* 92), «veritatem», sine qua nomen amicitiae valere non potest. Ita factus est pons inter fidelitatem et veritatem et sinceritatem. Est fidelitati aliquo modo tam iunctura cum his duobus virtutibus, eo consilio ut amicus falsus infidelis facile mendacio, simulatione et fucatione reperiatur.

Coniunctio hinc oritur inter veritatem et sinceritatem, quae sunt omnes in amicitia proprietates magni ponderis, quibus sapiens amicusque fidelis gnoscutur. Quia veritas opus laboriosum est<sup>10</sup>, plerique malunt non modo amicum, sed etiam viam veritatis deserere, ne verum amicis dicant. Quoniam veritas, scopum vitae sapientis, duplicitati opponitur falsi amici, qui consilia fugiendi amicos inter difficultates in animo versat et interdum coniurationem machinat. Haud raro fit, ut ille improbus non solum tergum vertere, sed quoque amicum in calamitate, exempli gratia in morbo, deridere possit. Qua de causa, clare apparet munus fidelitatis a sapiente adhiberi.

### III. MUNUS FIDELITATIS VIRI BONI VEL SAPIENTIS

Rebus ex omnibus quae annotavit Cicero in hoc capitulo deducitur fidelitas alio modo officium adhibendum ab amico vero praecipue in tempestate difficultatum esse, quo licet nobis agnoscere falsum amicum, qui saepe in adversitate atque in inopia deserit. Nec dicit adulator ille verum, ne gratias atque commoditates amittat. Quia vere non diligit, neque igitur vitam pro amico effundere potest. Ad argumentum firme corroborandum, Cicero munus amici fidelis vel sapientis palam significavit per duo opposita cornua. Est enim viri boni haec duo munera in amicitia gerere<sup>11</sup> (*Lael.* 65):

Primum, ne quid fictum sit neve simulatum; aperte enim vel odisse magis ingenui est quam fronte occultare sententiam.

Munus fidelitatis est proprium viri boni ac sapientis qui, motus bonitate, nullo modo ab emolumento neque utilitate attingitur, ut foedus semper amicitiae libere servetur. Numquam officium erga amicum praetermittens, ille gratis inter adversa et prospera amat, sine fucatione neque simulatione, sicut

<sup>10</sup> Cic. *Lael.* 89 «Obsequium amicos, veritas odium parit».

<sup>11</sup> *Ibid.* 65 «Est enim boni viri, quem eundem sapientem licet dicere, haec duo tenere in amicitia».

saepius facit adsentator. Ex ea re duo adiectiva, 'fictum' et 'simulatum', usurpat magister eloquentiae contra vitam duplicem nequam amici. Quamquam vir sapiens recusat fictionem et simulationem in amicitia, Cicero invitat autem eum ad moderationem in repugnandis vitiis, curando ut animi nostri advertantur<sup>12</sup>. Intelligendum est interea fidelitatem ad amicum defendendum pertinere, ne dignitas eius spernatur: « Ut igitur monere et moneri proprium est verae amicitiae, et alterum libere facere, non repugnanter, si habendum est nullam in amicitia pestem esse maiorem quam adulationem blanditiam assentationem »<sup>13</sup>. Itaque est amici veri magna cum dignitate humanitateque amicum tueri. Ita affirmat plane Cicero (*Lael.* 65):

Deinde non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper existimantem ab amico esse violatum.

Si etenim officium certi amici est reprehendere corrigereque, illi etiam convenit repellere in amicum criminationes, ut lux veritatis splendat. « Amicum secreto admone », ut ait olim sapiens quidam, « palam lauda ». Quod in eo suspiciosum serpit, sine mora repudiandum est. Reprehendere amicum, bonum est, sed verum observemus oportet semper legem caritatis attente, ne amicum vulnerare possimus, eo magis amicitia est concordia bonorum virorum, qui simul idem volunt et nolunt. Haec si ita sunt, nobis hoc recordandum est (*Lael.* 80): « amicus verus: est enim is qui est tamquam alter idem ».

Super fidelitate in extrema parte paragraphi ratiocinationem cum exposuisset, scriptor noster ad epilogum pervenit, ponendo valde in luce alias duas proprietates amicitiae, quae sunt suavitas et severitas monendi causa (*Lael.* 66):

Accedat huc suavitas quaedam oportet sermonum atque morum, haudquamquam mediocre condimentum amicitiae.

Suavitas, virorum virtus bonorum, ostendit animi bene volentis statum, dum asperitatem coram amico in adimplendis operibus amabilitatis excludit. Imprimis opus est erroribus in reprehendis suavitate, tum verbis tum moribus, virtutis exemplum moderate perhibens. Quapropter nemo ad iudices amicum vocat, neque eum condemnat, sed illi crimine eius persuadet, ut errores mature humanissimeque emendandi sint (*Lael.* 66):

Tristitia autem et in omni re severitas habet illa quidem gravitatem, sed amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.

<sup>12</sup> Cf. *ibid.* 51 « Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere ».

<sup>13</sup> *Ibid.* 91.

In re gravi amicum certum quidem tristitiam et simul severitatem demonstrare decet, sed vero potissimum esse liberiolem, dulciorlem et procliviorlem, ut eodem tempore comitas facilitasque significentur. Hi sermones contingunt facta benignitatis necnon facilitatis, quoniam amicus homo facilis, plenus humanitate atque divinitate, haberi debet, servans sine intermissione, die ac nocte, communionem, constantiam et simplicitatem.

Notanda igitur sunt, priusquam ad conclusionem transeamus, tria adiectiva 'remissior', 'liberior' et 'dulcior', quae ad facilitatem, mansuetudinem atque benignitatem attinent. Qui verus amicus permanet, profecto ardore bonitatis flagrat atque lumine affabilitatis fulget.

#### IV. CONCLUSIO

Argumento propere inducto, conati sumus breviter explanare in libro ciceroniano, qui inscribitur *De amicitia*, locum attinentem ad fidelitatem, etiam colligatam ad fidem, in eligendo amico, quocum cotidie beneficiis peregrinationis terrestri frui possumus. Ex eo tempore interrogatum est, quomodo amicus certus agnosci posset. Iuxta poetae Romani sententiam Ennii, quam Cicero iam inde ab exordio argumentationis recte ac ratione retulit, affirmatum est aperte amicum certum in rebus incertis agnosci. Posteaquam, textu perlecto, demonstravimus utilitatem huius virtutis in amicitia, nobis convenit demum haec adnotare:

1) amicitia, ut ante dictum est, consensio bonos inter viros, excellentes humanitate, usque ad aeternitatem ope fidelitatis permanere debet, quia nihil stabile si infidum est;

2) fidelitas aequae a veritate atque sinceritate pendens et repellens eodem tempore mendacium, fucationem et simulationem, tum dictis cum factis, virtutum valde pactum conservat;

3) quae insuper est signum crescens virtute ac multo distinctior inter omnia, fundamentum constantiae et stabilitatis collocat;

4) ita firmata est amicitia in cordibus, ut videtur, agendo in et ad tempus opportune ac importune, resistendoque tempestati inopiae et omnis generis difficultatum usque ad obitum;

5) propter hanc causam satis non est modo experiri fidelitatem uno die, sed verum necesse est eam gradatim atque paulatim cotidie colere, ut meritemus demum honores amico certo dignos, qui numquam amicum suum rebus in infelicibus derelinquit;

6) tale officium est proprium viri boni ac sapientis, qui, ut decet, nullo pacto conturbatus utilitate vel emolumento, nulla re indiget.





## APPENDIX



## ARGVMENTA

curante MAVRO PISINI

## HISTORICA ET PHILOLOGA

George Bogdan CRISTEA, *Maria et litora in M. Tulli Ciceronis scriptis: A locorum amoenitate ad sollicitudinem periculi atque imperii defensionem*

Huius dissertationis propositum, qua multa Ciceronis scripta recensentur, est non solum locos reperire ac perscrutari, ubi vir ille eloquentissimus de mari ac litoribus loquitur, verum etiam investigare quantum in eius iudicio vel Romanorum mores vel ipse humanitatis cultus, qui tunc temporis vige-  
bat, momentum habuerint. Nam, haec loca, ubi cives locupletores, sub exitu aetatis rei publicae, placido otio iucundisque voluptatibus fruebantur, aut sese improbandae licentiae dedere solebant, suapte natura plurimi aesti-  
mabantur, quia pulchra et amoena. Eadem, tamen, orator attente considerat, quippe cum infesta quoque esse possint, siquidem periculis varii generis erant obnoxia nec non nefariis piratarum insidiis exposita. Postremo, maris freta rei publicae magnae utilitati reputantur iis praesertim qui in iisdem dominatum suum exercent quique oras contra maritimos praedones munitas teneant atque in bellis terrestribus, sui imperii augendi causa, versentur.

*The purpose of this article, which stems from Cicero's writings, is not only to identify and classify the places where he speaks about the sea and its shores, but also to examine to what extent his judgement was influenced by the Roman customs and culture of the time. First, these seem to be pleasant places, where, at the end of the Roman republic, the wealthy either enjoyed leisurely activities and various pleasures, or surrendered themselves to lust and licentiousness. Then, both seas and shores can be seen as harmful because they are full of unforeseeable perils and acts of piracy, and facilitate nefarious wars. Finally, the sea is considered to be of great benefit to the state, as those who dominate it can secure the shores against pirates and engage in territorial wars for the purpose of expanding their empire.*

★

Alberto CROTTO, *Nuovi acrotelestici in Catullo (2, 3 sg. e 6 sg.; 101, 2-4) e Orazio (carm. III 27, 40-43)*

Argumentum quod studiosus proponit lusus quosdam, in lucem nondum

prolatos, inquit, qui in Catulli et Horatii carminibus leguntur. Nam, verborum contextus, genus dicendi, poetica argumentorum natura acrostichides ab utroque auctore effectas plane videntur significare. Hac igitur indagine vir doctus altius conatur investigare quasdam stili structuras, a philologis parum adhuc perpensas, quae in horum poetarum arte peculiarem locum habent.

*L'articolo esamina alcuni lusus, finora inediti, nel Liber catulliano e nelle Odi oraziane: fattori contestuali, elementi stilistici e intenzioni letterarie sembrano giustificare l'intenzionalità degli acrotelestici investigati. Questa indagine si propone, così, di approfondire l'esplorazione di alcuni stilemi ancora poco indagati nella tecnica poetica di questi autori.*

★

Bruna PIERI, *Uno schema Cinnianum? Note a VALG. carm. fr. 2 Blänsdorf e CINNA carm. fr. 1 Blänsdorf*

Nonnumquam, poetae Latini, cum alios poetas scribendo commemorant, praecipua locutionum schemata quas illi adhibuerunt suis ipsorum versibus consulto inserunt, ut exemplarium sermonem aperte imitentur. Quod fieri videtur etiam in Valgii Rufi fragmento 2 Bl., ubi, cum Cinna merita consideratione tollitur, tum idem dictionis schema, quod 'enallage adiectivi' nuncupatur, bis inveniri potest. Haec enim figura non tantum in Cinnae fragmento 7 Bl. occurrit, sed in quibusdam quoque locis et Catulli et Vergilii, ubi Brixiani poetae carmina laudantur. Fortasse, igitur, in versu quarto Cinnae fragmenti 1 Bl., «Tyria» cum enallage legendum est.

*Nel menzionare altri poeti, i Latini talvolta inseriscono stilemi che sono caratteristici degli autori di cui parlano. È quanto sembra accadere nel fr. 2 Bl. di Valgio Ruffo, che contiene un elogio di Cinna e dove per due volte torna l'enallage adiectivi; questa figura non solo compare in un frammento cinniano (7 Bl.), ma anche in altri passi di Catullo e Virgilio in cui si elogia la sua poesia. L'enallage adiectivi potrebbe essere presente anche nel fr. 1, 4 Bl. di Cinna, dove si propone di leggere «Tyria».*

★

Giovanna TODARO, *Nota di lettura a LVCAN. IV 157-162*

In hoc scripto de diversis lectionibus «cava» vel «cavae» disseritur, quas Lucani *Pharsaliae* codices tradunt (IV 158) in effingendo loco ubi insidiae narrantur quas Afranius et Petreius, post pugnam Ilerdensem, contra Caesarem instruxerunt. Quamvis enim in variis regionum descriptionibus, quas poeta eleganter pangit, debita quaedam imitationis, quae Lucano cum Tito Livio

contraxit, a studiosis unanimiter agnoscantur, multos adhuc eorum fefellit similitas *Pharsaliae* versusum IV 157-163 cum loco Liviano (XXII 28, 3-6), quo topographia insidiarum, quas Hannibal adversus Marcum Minucium Rufum apparavit, definite ac distincte proponitur. Hoc igitur similitudinum genere, ad locorum expositionem pertinente, inter utrumque poetam inspecto, iunctura «cavae rupes», quae apud Livium legitur, illam potioem efficit quae in Lucano invenitur, id est, «cavae».

*L'articolo considera il problema testuale relativo alle varianti «cavae»/«cava» nella descrizione lucanea del luogo scelto da Afranio e Petreio dopo la battaglia di Leida, per tendere un'imboscata a Cesare (Phars. IV 158). Nonostante il riconoscimento debito della Pharsalia verso le descrizioni paesaggistiche liviane, è sfuggita l'analogia di LVCAN. IV 157-162 con LIV. XXII 28, 3-6, un'ekphrasis dedicata alla topografia dell'agguato di Annibale contro Marco Minucio Rufo. Il contributo prende in esame le analogie fra i due passi e dimostra che la presenza della iunctura «cavae rupes» in Livio potrebbe rendere poziore la variante «cavae» in Lucano.*

★

Anna Aleksandra GŁUSIUK - Manlio SODI, 'Mulier' nel 'Sacramentario gregoriano': Immagini muliebri nell'orizzonte culturale del sec. VIII

Mulieris naturae lineamenta attingere, initium a testimoniis liturgicis capiendo, potest videri arduum, si tantummodo consideretur quid veteres de mulieribus senserint. Nihilominus, hoc studium dat viris doctis opportunitatem fruendi documentis quibusdam quae ad *Sacramentarium Gregorianum*, fontem quidem liturgicum summi pretii, referuntur. Subtili enim doctrina a duobus studiosis indagatur textus de diaconissis, virginibus, uxoribus, viduis, ubi sollerti inquisitionis acumine ea sermonis religiosi elementa tractantur quae, prima aevi medii aetate, singularem sibi formam dederunt, adeo ut ab iisdem vera mulieris figura erui possit qualem nullus alius historiae contextus exprimere valuit.

*Trattare il profilo femminile, a partire dalle fonti liturgiche, può sembrare un percorso arduo, dato il pensiero ricorrente intorno alla visione della donna nell'antichità. Tuttavia, questo studio permette di usufruire del contatto diretto con documenti propri di una preziosa fonte liturgica: il Sacramentario gregoriano. In particolare, si esaminano i testi sulle diaconesse, le vergini, le spose, le vedove. Queste pagine invitano a cogliere con maggior attenzione il dato che proviene anche dal linguaggio religioso-culturale, quale si è sviluppato e codificato già nell'alto Medioevo: ne emerge, così, una figura di donna che nessun altro contesto storico è riuscito ad esprimere.*

★

Gianluca FURNARI, *Nova addenda critica ad Ioannis Aurelii Augurelli ‘Chrysopoeian’*

Poema Ioannis Aurelii Augurelli, quod *Chrysopoeia* (1515) inscribitur quoque ille versibus hexametris artem auri colendi exponit, cum, praeteritis modo acti saeculi decenniis, interpretes nonnullos ad explanatorias contentiones, numero haud paucas, provocaverit, nondum, tamen, ea quae sub imaginum ac verborum velamine creduntur obtegi, plane explicata esse patet. Duobus igitur testimoniis adhibitis, nobis hactenus ignotis, quorum alterum in Augurelli textibus, alterum vero extra carmina ipsius reperitur, hac investigatione non modo quo consilio quave animi licentia poeta Ariminensis alchimiae studisset repetere auctor instituit, verum etiam opus eius cum *Hypnerotomachia Poliphili* (1499) ita conferre, ut scriptor noster ad Platonicorum gregem iure reduceretur atque allegorica ipsius intentio profundiore inquisitionis lumine claresceret.

*Notwithstanding the attention gained in recent decades, culminating in Matteo Soranzo’s critical edition in 2019, Giovanni Aurelio Augurelli’s Chrysopoeia (1515) — a Latin hexameter poem on the art of producing gold — still poses numerous hermeneutical challenges. Drawing from two otherwise unknown testimonies — one direct, the other indirect — about Augurelli’s relationship with alchemy, and suggesting previously unexplored connections between the work of the poet and the Hypnerotomachia Poliphili (1499), the article expands the profile of the author established in recent studies. Its aim is to reposition Chrysopoeia within a broadly Platonic tradition and to pave the way for a more precise interpretation of Augurelli’s allegorism.*

#### ARS DOCENDI

Michel Willy LIBAMBU, *Fidelitas tamquam firmamentum amicitiae: Thema Ciceronianum*

Articulus huiusmodi ad intimum fidelitatis sensum pertinet quae peculiaris amicitiae nota haberi solet, haud secus ac ipsam Cicero commentatus est in opere suo cui *De amicitia* (64-66) est index.

*Our dissertation concerns fidelity as the foundation of friendship well illustrated by Marcus Tullius Cicero in De amicitia 64-66.*

## INDEX VNIVERSVS

curante FRANCISCO BERARDI

- Abbott, K. M.: [I] 57 n. 36  
 Abdera: [II] 110  
 Academia Latinitati fovendae: [I] 82 n. 1  
 Achaemenides: [II] 66 n. 77  
 Achaia: [II] 24  
 Achard, G.: [II] 13 n. 11, 17 n. 23, 31  
 Achilles: [I] 33; [II] 59  
*Acta Apostolorum*: [II] 90  
*Acta diurna*, Latina series: [I] 82  
 Actius: vide s. v. *Sannazarius*  
 Adams, J. N.: [II] 64 n. 67, 65 n. 68, 67, 71  
 Addamiano, A.: [I] 145  
 Adkin, N.: [II] 47 n. 76, 50 nn. 94 et 96  
 Adon: [II] 61 n. 42  
 Adriaticum, mare (superum): [II] 15, 25  
 Aegeum, mare: [II] 26, 65 n. 70  
 Aelianus: [I] 16 nn. 5 et 8  
 Aeneas: [II] 75  
 Aequatoria: [I] 107 n. 81  
 Aesopus: [II] 105, 114  
 Aetna: [II] 109  
 Afranius, Lucius: [II] 73, 76  
 Africa: [I] 16 n. 8, 107 n. 81; [II] 24, 26  
 Agenor, Europae pater: [II] 49  
 Agrippina, Iulia Augusta: [I] 58 et n. 40  
 Ahn, J.: [I] 47 n. 13  
*Aulae*, Latina series: [I] 82 et n. 2  
 Albertus (Magnus): [II] 103 et n. 39, 105, 107 et nn. 63 et 67, 110 n. 80  
 Albrecht, M. von: [I] 45 n. 1  
 Alciatus, Andreas: [II] 109 n. 77  
 Alessio, G. C.: [I] 42  
 Alexander: vide s. v. *Paris*  
 Alexander, M. C.: [II] 14 n. 14, 31  
 Alexandria: [I] 133; [II] 22  
 Algra, K.: [II] 9 n. 2, 31  
 Alighieri, D.: [I] 110 n. 89; [II] 97, 108, 110 et n. 81  
 Allen, H. M.: [I] 66 n. 53  
 Allen, P. S.: [I] 66 et n. 53  
*Alma Roma*, Latina series: [I] 81, 91-95, 101-103, 106  
 Alpes, montes: [II] 75  
 Alpheia: [II] 64 n. 59  
 Ambrosi, G.: [I] 107 n. 80  
 Ammirati, S.: [I] 19 n. 21  
 Anchises: [II] 113 n. 99  
 Anderson, W. B.: [II] 74 et n. 8  
 Andrieu, M.: [II] 79 n. 1  
 Anglia: [I] 107 et n. 81  
 Antillae: [I] 107 n. 81  
 Antium: [II] 14  
 Antonini, A. M.: [I] 49 n. 19  
 Aphrodite: vide s. v. *Venus*  
 Apis Romana: [I] 82  
 Apollo (Phoebus): [II] 95, 105 n. 51, 108  
 Apollonius Rhodius: [I] 9 n. 2  
 Appianus: [II] 24 n. 35  
 Apuleius: [II] 24 n. 34, 40 n. 32  
 Aquila (in Vestinis): [I] 82  
 Aratus, poeta: [II] 61, 66 n. 78  
 Arduini, S.: [I] 39  
 Arethusa, fons: [II] 13  
 Aretium: [I] 131 n. 1  
 Argentina: [I] 107 et n. 81  
 Argi: [II] 63  
 Argonautae: [II] 111  
 Ariani, M.: [II] 112 sq., 115  
 Ariminum: [II] 95 et n. 2, 104, 115  
 Ariovistus: [I] 9  
 Aristoteles: [I] 63; [II] 10, 19 n. 28  
 Arnaldus Villanovanus: [II] 104 et nn. 47 sq.  
 Arocena, F. M.: [I] 71 n. 1, 77 n. 6

- Arrianus: [I] 48  
 Asia: [II] 22, 25, 27-29, 67  
 Asmis, E.: [I] 55 n. 34; [II] 10 n. 5, 31  
 Asso, P.: [II] 75, 77  
 Astura: [II] 11  
 Athenae: [II] 63  
 Athenaeus: [I] 15 n. 2  
 Athenocles, sculptor: [I] 15 n. 2  
 Attalus II: [I] 17 n. 14  
 Atticus, Titus Pomponius: [II] 11-16, 25 sq., 66 et n. 80  
 Atwood, M. A.: [II] 109 n. 76, 115  
 Atyanas, pugil Olympionices: [II] 22  
 Augé, M.: [II] 83 n. 13  
 Augurellus, Ioannis Aurelius: [II] 95-115  
 Augustinus, sanctus: [I] 56 sq., 59, 74, 77, 86 et n. 17; [II] 10 n. 5, 130-133  
 Augustus (Octavianus, Caesar): [I] 108  
 Australia: [I] 107 et n. 81  
 Austria: [I] 107 n. 81  
*Auxilium Latinum*, Latina series: [I] 82  
 Azzoni Avogaro, R. degli: [II] 95 n. 2, 98 n. 18, 101 et n. 29, 115  
  
 Bacchus: [II] 59  
 Bacci, A.: [I] 81, 87-109, 112 sq.  
 Badalí, R.: [II] 74, 77  
 Baehrens: [I] 9 et nn. 2 sq.  
 Baiae: [II] 14 et n. 15  
 Bailey, C.: [II] 58 sq., 68  
 Balbo, A.: [I] 45 n. \*, 47 n. 13, 51 et n. 26  
 Balbus, Quintus Lucilius: [II] 30  
 Balduino, A.: [II] 111 n. 88, 115  
 Balsamo, L.: [I] 47 sq., 50 n. 24  
 Bamberg: [I] 12 sq. (Staatsbibliothek, Class. 43 = B)  
 Bancheri, S.: [II] 117  
 Bandini, F.: [I] 117 n. 128  
 Baratin, M.: [II] 12 n. 11  
 Barcelo: [I] 82  
 Barchiesi, A.: [I] 17 n. 13; [II] 62 et n. 50  
 Bardon, H.: [II] 66 n. 75  
 Barine: [II] 48 n. 81  
 Baroffio, G.: [II] 80 n. 5  
 Barone, G.: [II] 81 n. 7  
 Barras, Ph.: [I] 45 n. \*  
 Basilea: [II] 101  
 Barth, C. von: [II] 77  
 Bartsch, S.: [I] 45 n. 2, 49 n. 18, 55 n. 34, 58 n. 41  
 Barwick, K.: [II] 63  
 Baschera, C.: [II] 56 n. 16, 68  
 Basela (Basilea): [I] 62  
 Basore, J. W.: [I] 53 n. 31  
 Batavia: [I] 107 n. 81  
 Beard, M.: [II] 11 n. 7, 15 sq., 20 sq., 26 nn. 39 et 41, 31  
 Beccaria, G. L.: [I] 37, 39 sq.  
 Beda: [I] 25 n. 22  
 Beikircher, H.: [I] 13 n. 15  
 Belardi, W.: [I] 38, 40  
 Belgium: [I] 107 n. 81  
 Bell, A. J.: [II] 58 n. 26, 68  
 Bellandi, F.: [II] 38 n. 20, 41-43  
 Beltrami, P. G.: [I] 39 sq.  
 Belus: [II] 62 sq.  
 Bembus, Bernardus: [II] 95 n. 2  
 Bembus, Petrus: [II] 105, 107, 114 sq.  
 Benacus, lacus (Garda): [II] 61  
 Benedictus Nursinus, sanctus: [I] 77 sq.  
 Benedictus P.P. XVI: [I] 115 n. 114, 145  
 Bentley, R.: [II] 78  
 Berna: [I] 11-13 (Burgerbibliothek, 109 = D)  
 Bernardi Perini, G.: [I] 27 n. 34, 43, 117 n. 128  
 Bernardus Claraevallensis, sanctus: [I] 137  
 Bernhardt, W.: [I] 23, 40  
 Berne, F. R.: [I] 54 sq.  
 Berres, T.: [II] 47 n. 70, 49 n. 86  
 Bers, V.: [II] 58 nn. 24 et 29 sq., 68  
 Bertini, F.: [I] 13 n. 15  
 Bertone, G.: [I] 37, 39 sq.  
 Bianchi, A.: [I] 47 n. 12  
 Bing, P.: [II] 46 n. 63  
 Biondi, G. G.: [II] 42 sq., 65 sq., 68  
 Birckmannus, I.: [II] 104 n. 44, 115  
 Birt, Th.: [I] 18 n. 16  
 Bisello, L.: [I] 45 n. \*, 47 n. 12  
 Bistonina: [II] 64  
 Bithynia: [II] 61 et n. 46  
 Blänsdorf, J.: [I] 9 n. 3, 11 n. 9; [II] 54 n. 5, 60, 62 sq., 68



- Blanchard, A.: [I] 19 n. 23  
 Bo, D.: [II] 59 n. 32, 65 n. 73, 68  
 Boccaccio, G.: [II] 108 sq.  
 Bocchia, E.: [II] 118  
 Bocciolini Palagi, L.: [I] 57 n. 36  
 Bolivia: [I] 107 n. 81  
 Bologna, O. A.: [I] 117 n. 127; [II] 80 n. 4  
 Bona Dea: [II] 14 n. 14  
 Bonifaccio, G.: [II] 101 et n. 33, 115  
 Bononia: [I] 107 n. 80  
 Bononius, Hieronymus: [II] 105 n. 51, 114  
 Bonus, Petrus: [II] 101-108  
 Borgnet, É.: [II] 107 n. 63, 115  
 Bosa (in Columbia): [I] 82  
 Bosch, M. J. B.: [II] 32  
 Bostock, J.: [I] 18 n. 18  
 Botticelli, S.: [II] 107  
 Bouable, D.: [I] 131 n. 1  
 Bourgery, A.: [II] 74 et n. 2, 77  
 Bradshaw, A.: [II] 50 sq.  
 Brasilia: [I] 107 n. 81  
 Bremerhaven, quae vulgo nuncupatur urbs: [I] 82  
 Brescia, G.: [II] 49 n. 84  
 Brundisium: [II] 14-16, 21, 24  
 Bruno, P.: [I] 112 nn. 101-104  
 Brusa, G.: [II] 80 n. 2  
 Brutii: [I] 82  
 Budapestinum: [I] 82  
 Büchner, K.: [II] 63, 68  
 Burch, I.: [I] 13  
 Burckhardt, J.: [II] 101 n. 30, 115  
 Burguière, A.: [II] 80 n. 6  
 Burman, P.: [II] 74, 77  
 Buscaroli, C.: [II] 47 nn. 70 et 73  
 Busdraghi, P.: [I] 13 n. 15  
 Buzzi, F.: [I] 45 n. 6  
  
 Cadmus: [II] 62 sq., 65  
 Caesar, Caius Iulius: [I] 9 et n. 1; [II] 9 n. 3, 14-16, 25 sq., 61 et n. 47, 73-77  
 Caieta: [II] 14, 22  
 Calcante, C. M.: [I] 39 sq.  
 Calí, C.: [I] 49 n. 19  
 Callicrates, sculptor: [I] 15 sq.  
 Callimachus: [II] 53 n. 3, 57 et n. 23  
  
 Calpurnius Flaccus: [II] 60 n. 41  
 Calpurnius Piso: [I] 10 sq.  
 Calvesi, M.: [II] 111 n. 86, 115  
 Calvet, A.: [II] 104 n. 48, 115  
 Calvus, Caius Licinius: [II] 53, 55 et n. 10, 64 sq.  
 Camilla: [II] 75  
 Camillus, Marcus Furius: [II] 19 n. 28  
 Campagnola, Iulius: [II] 112  
 Canadia: [I] 107 et n. 81  
*Candidatus Latinus*, Latina series: [I] 82  
 Canseliet, E.: [II] 101 n. 31, 116  
 Cantium (Como): [I] 107 n. 80  
 Caper, Flavius: [I] 10  
 Caporali, G.: [II] 94 n. 23  
 Cappadocia: [I] 108  
 Cardona, G. R.: [I] 38, 40  
*Carmen de aegritudine Perdicae*: [II] 40 n. 35  
 Caroli, M.: [I] 18 n. 17  
 Carracedo Fraga, J.: [I] 25 n. 21, 40  
 Carthago: [I] 15-17, 31; [II] 26, 110  
 Caruana, E.: [I] 116 n. 118  
 Casali, S.: [II] 53 n. 4, 68  
 Casalini, C.: [I] 62 et n. 47  
 Cassandra: [I] 22, 27  
 Cassius, Caius: [II] 25  
 Castalia, fons: [II] 56 sq., 67  
 Castelletti, C.: [II] 38 n. 22  
 Castrum Ferrariae: [II] 101  
 Catalaunia: [II] 73  
 Catilina: [I] 49 n. 21  
 Catullus: [I] 18 n. 16; [II] 35-45, 54, 59-62, 64-67  
 Catulus, Quintus Lutatius: [II] 24 n. 35  
 Cavalli Sforza, L.: [I] 47 n. 12  
 Cavallo, G.: [I] 10 n. 4  
 Ceccarelli, L.: [I] 37 sq., 40  
